

73 rione contractus conceditur debitori tale privilegium, ut conventus non condemnatur ultra quam facere possit, sicut contingit in actione pro socio, vel tutela: bene poterit renunciari, ut l. *Virum*, §. 1. & seq. ff. Pro socio, & l. *si convenit*, & ibi nota: glos. unic. & l. *preceden.* ff. de re judic. secundum Holt cum quo concordant hic Jo. Andr. n. 9. vers. *Quid si habent.* Butr. n. 15. Cardin. n. 9. Anchar. n. 8. Imol. n. 22. & Jo. de Anan. n. 20. Unde sequitur, ut clericus minime possit huic beneficio renunciare, cum ei competat ratione personae privilegiatae, & tamquam militi caelestis militiae, ut dictum est supra num. 19. & ne cogatur mendicare in opprobrium Ordinis clericalis, arg. c. *Diaconi*, circa medium, vers. *Mendicatus infelix clericus*, 93. dist. in clerico tradunt in specie Barbosa in d. l. *Alia*, §. *Eleganter*, ff. solut. matr. Cor var. var. resolut. lib. 2. c. 1. n. 38. & alii Recentiores. Confert quod notat Bald. post Jacob. de Butrigar. in l. 1. n. 12. circa medium, vers. *Item tres sunt casus*. C. *Qui bon. ced.* post ubi dicit beneficio cessiois posse renunciari quando conceditur jure contractus, secus vero quando conceditur propter reverentiam personae, per d. l. *si venerit*, ff. de re judic. Et haec vera in renunciacione expressa; secus vero in renunciacione tacita, quae fit per actum contrarium, ut cum clericus pertinaciter negat debitum, vel non vult praestare cautionem de solvendo, cum ad pinguiorem fortunam pervenerit, vel quid simile: quia tunc ex tacita renunciacione, & juris ministerio privatur beneficio hujus cap. ut idem Bald. notat in d. l. 1. n. 14. & filius dictum est supra n. 36. Et est simile in privilegio fori, cui expressè clericus renunciare non potest, c. *si diligenti*, de for. compet. & tamen potest renunciare tacite per actum contrarium, ut si habitum, vel tonsuram non deferat, vel Ecclesiam non inserviat, ad praescriptum Concilii Tridentini, c. 6. sess. 23.

74 Sed major est difficultas, quid si beneficio hujus c. clericus renunciaverit cum juramento, nunquid renunciatio teneat?
Pro faciliiori solutione observandum est beneficium hujus c. habere duos effectus. Primus est ut clericus, qui non est solvendo, pro debito civili non deturatur in carcerem, juxta notata in l. 1. c. *Qui bon. ced.* post. Secundus est, ut non condemnatur nisi in quantum facere potest habita ratione ne egeat, ut hic. & in l. *is qui*, la 2. ff. de cess. bon. cum aliis supracitatis n. 65. Quantum ad primum effectum carceris absolutum est renunciacionem non tenere, licet juramento firmatam; quia hujusmodi renunciatio, seu pactum est contra bonos mores, ut notat Cyn. in l. *Qui bonis*, n. 11. c. *Qui bonis ced.* post. Ergo juramentum illi adjectum non ligat, c. *Non est obligatorium*, de reg. jur. lib. 6. quia contra naturalem aequitatem est carceris aequalior, ut notatur in glos. ordin. in d. l. 1. c. *cod.* Et ex hoc sequitur inhumanitas, & crudelitas sine ipsius commodo, ut l. *Servus ad. ff. de serv. expor.* Nihil enim interest creditoris debitorum inhumaniter vexari, & in carcere mori, l. *Reverentis* ff. de solut. & liberi hominis caro, & eorum non possunt esse in obligatione, l. *Inter stipulantes*, §. *Sacram.* ff. de ver. obligat. Unde cum renunciatio debitori noceat, & creditor non proficit, non debet valere, cum ex hoc creditor sit caninus, & veniat contra praecipuum cha-

75 ritatis, arg. l. *fin. ff. de erit.* l. *Non tantum*, ff. d. appellat. quia deducit ad illicitum, vel saltem potest deducere, arg. eorum, quae notantur per Archid. in c. *Quamvis*, super ver. *Aeterna salutis*, de pactis, lib. 6. Rursus carcer est species servitutis, cum deroget libertati, l. 2. ff. de liber. hominis. exhibiton. l. *Titio centum*, §. *Titio* tit. 2. ff. de condit. & demonstrat. Renunciatio autem, per quam pervenit ad infringendam hominis libertatem, non valet, l. *Nec si volens*, ff. de liberal. caus. Item hinc sequeretur, ut debitor sic detrusus non posset audire divina officia, nec ecclesiastica recipere Sacramenta pro libito voluntatis, nec audire praedicationem verbi Dei, unde forsitan ad infidelitatem reduci posset; quare talis renunciatio, quae posset in peiore statu deducere, non potest vinculari juramento ex iis, quae notat Archid. loco citato. Et ita hunc primum effectum carceris renunciacionem juratum non valere, concludit Bald. in l. 1. n. 13. vers. *Tu concordas istas opiniones*, c. *qui bon. ced.* post. & Rota decis. 31: num. 1. cum seqq. & n. 5. col. 3. post princip. vers. *Quantum vero ad effectum primum non deturatur in carcerem, de sent. & re judic. in antiq.* Similiter quoad secundum effectum, ut debitor non condemnatur ultra quam facere potest, licet in personis non privilegiatis articulus sit valde dubius, per ea, quae notant Cynus, & Bald. loc. cit. & Rota in d. decis. 31. n. 4. & 5. nihilominus in Clerico tenendum est hujusmodi renunciacionem non validari juramento, quia privilegium hujus cap. Ne clericus conveniantur, nisi in quantum facere possunt, indultum est eis ne cogantur mendicare in opprobrium ordinis clericalis, & sic in reverentiam tam personae ipsius clerici, quam totius ordinis, ut dictum est supra; & consequenter ei renunciari non potest etiam cum juramento, sicut nec privilegio fori, ut est text. in c. *si diligenti*, & ibi notant omnes supra de foro compet.

76 Praeterea quantum privilegium ne quis conveniatur nisi in quantum facere potest, competit personae, cui debetur reverentia, ut sunt clerici, tunc pactum ut quis conveniatur ultra quam facere potest, est contra bonos mores, ut ad litteram dicitur in d. l. *Alia causa*, §. *Eleganter*, ff. solut. matr. Ergo non firmatur juramento, ut 22. q. 4. per tot. & d. c. *Non est obligatorium*, & ita in terminis censuit Rota in praell. decis. 31. n. 5. col. 3. circa princ. vers. *Nec obstat ad hoc, & eadem cal. circa fin. vers.* Nec hoc est contra bonos mores, de sent. & re judic. & decis. 2. num. 2. de Arbitr. in antiq. & ad litteram hanc opinionem tanquam humaniorem sequuntur Canonistae hic, ut inquit Bald. in d. l. 1. n. 13. vers. *Et hanc opinionem*, c. *Qui bon. ced.* post. & fuit opinio Dyni in d. §. *Eleganter*, cum quo tandem relidet Cyn. in d. l. *Qui bonis*, num. 10. circa fin. vers. *Et idem sine dubio sententia Dyni videtur humanior.* & Jacob. de Beluis, in Auth. de fideiuss. §. *Quod*, autem. Collect. hic num. 9. Brun. in tract. de cess. bon. quest. 3. princip. num. 17. quicquid contra scripserit Molin. in tract. de contrar. dispur. 57. n. 16. Jo. Gurtier in tract. de contrar. jurat. par. 1. quest. 17. n. 34. in 6. tom. tract. divers. par. 2. fol. 66. & Carol de Grass. de esset. clerical. esset. 7. n. 21.

77 Verumtamen si clericus beneficiatus consenserit reservationi pensionis, non gaudebit beneficio hujus c. contra pensionarium, quia ex quo ejus

78 consensu inest juramentum, & obligatur in forma Camerae, non est honestum, ut postquam habet beneficium, ad cuius regressum se obligavit ob non solutionem, juvetur exceptione hujus cap. Odoardus, quia potius debet dimittere, & restituere beneficium, quod accepit: non enim convenit, ut beneficium recineat, & pensionem non solvat; alias illi facile daretur occasio, & ania peierandi. Nec isto casu si denegatur illi auxilium hujus ca. fit et injuria, Vulgat. c. *Scienti* de regni. jur. lib. 6. & quia juramentum est personale, debet per ipsum juramentum impleri in forma specifica, c. *Debitores*, & c. *Ad nostram*, de iur. jur. Secus vero si beneficium succederit in beneficio gravato, nec per se ipsum consenserit reservationi pensionis, quia tunc praedictae rationes non militant; & ideo juvabitur beneficio hujus cap. Sicut in simili de stylo Rotae, & Curiae quando quis consensit personaliter reservationi pensionis sub solitis censuris, & poenis, illas censuras, & poenas incurrit, si in tempore non solvit etiam linealiqua alia litterarum intimatione; §. *secus* vero si non consensisset, aut per alium praestitisset consensum, tunc requiritur intimitio, prout judicavit Rota tunc Cassad. decis. 12. de rescript. Et ita in terminis beneficii hujus cap. declarando styllum Signaturae distinguit Sarnen. super regni. Cancellar. in compend. utriusque Signaturae, quest. 16. num. 88. & 89. fol. 87. a tergo, & in reg. de Annal. quest. 53. ad fin. & sequuntur Covar. var. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 9. sub vers. *Quoties*, ibi, *Vnde si quis consensit*, Gigas, consil. 111. num. 3. & 5. & in tract. de pens. quest. 10. num. 3.

DE DONATIONIBVS.

Cap. Prudentes.

S V M M A R I V M.

- 1 **L**iberalis in donando existimat se debere quod donat.
- 2 Promittentes aliquid donare, illud tamquam debitum adimplere tenentur.
- 3 Donare est proprium animi nobilitas.
- 4 Nobilitas intelligitur non solum generis, sed & animi, & morum.
- 5 Donatio proprie dicitur cum aliquis dat non aliam ob causam, quam ut liberalitatem exerceat.
- 6 Legem potest aliquis sibi imponere, a qua non liceat recedere.
- 7 Donatio perfecta revocari non potest nisi in casibus hic expressis.
- 8 Donans uni Ecclesiae bona, quae supersuerint, tempore sui obitus, an possit in praedictis bonis aliam Ecclesiam sibi heredem instituire, & n. seqq. usque in finem.
- 9 Donans bona, quae acquisita reperirentur tempore sui obitus, censetur reservasse sibi facultatem disponendi de bonis donatis.
- 10 Haeres rogatus restituere quicquid supersuerint tempore sui obitus, potest alienare bona fideicommissi subiecta, reservata tamen quarta parte fideicommissarii, & n. 26.
- 11 Donatio bonorum, quae acquisita reperirentur tempore obitus, includit duplitem conditionem.
- 12 Legatum rei, quae mea erit cum mortali, extinguuntur.

Prosp. Fagnan. in 3. Decretal. Tom. 4.

- 13 **V**erba, quae reperirentur, sive qua reperirentur tempore obitus, faciunt legatum se obligavit ob non solutionem, nisi utraque conditio adimpleatur.
- 14 Donatio perfecta per testamentum rescindi non potest.
- 15 Secus si donatio sit condicionalis.
- 16 Donans bona, quae reperirentur tempore sui obitus, an possit de illis disponere in ultima voluntate, & n. 26.
- 17 Ultima voluntas effectum non sortitur nisi post mortem, & n. 20.
- 18 Alienationis verbum comprehendit etiam hereditum institutionem.
- 19 Testamentum in vita testatoris ordinatur, & perficitur.
- 20 Donatio inter vivos dicitur perfecta, licet effectus suspendatur in tempore mortis.
- 21 Idem in donatione causa mortis.
- 22 Donator, qui reservavit sibi facultatem disponendi in vita de bonis donatis, potest illa testamento relinquere.
- 23 Alienatio in ultima voluntate dicitur favorabilior, quam inter vivos.
- 24 Mitius agitur cum eo, qui ex mera liberalitate convenitur, quam qui ex debito.

PRUDENTES. Duos recipit intellectus secundum Abb. Juxta primum hoc intendit Liberalis in donando existimat se debere quod donat. Juxta secundum, Promittentes aliquid donare, illud tamquam debitum adimplere tenentur. Hoc dicitur, Host. Intelligebat Decretalem in facientibus elemosynam, maxime de bonis Ecclesiae superabundantibus: item in donatione, quam Imperator facit Ecclesiis, ubi sola inmentitas est mensura, ut in Auth. de non alienandis, §. *Sin minus*, collat. 2.

- 3 Nota primo ibi, *Nobilitas*. Donationem procedere a nobilitate animi: nam proprium animi nobilitas est donare. Facit text. in l. *Qui saxum*, §. *final.* ff. de donat. & quod donatur in c. *Grandi*, de supplen. neglig. Prelator. lib. 6. & nobilitas intelligitur non tantum generis, sed & animi, & morum, secundum Holt. hic in princ. in ver. *Nobilitas* Jo. Andr. num. 1. & in eodem ver. & Abbatem n. 2.
- 5 Secundò nota ibi, *sponte*, quod sponte datur, donationem appellari, secundum Anchar. hic n. 3. quia donari dicitur id, quod nullo jure cogente conceditur, l. *Donari*, ff. de donat. Et proprie donatio dicitur cum aliquis dat non aliam ob causam, quam ut liberalitatem, & munificentiam exerceat, l. 1. ff. eodem. Hostien. in summa tit. de donat. §. 1. In necessitate autem nemo liberalis exiit, l. *Rem legatam*, ff. de annis legat.
- 6 Ultimo nota ibi, *legem imponit*. Possit aliquem sibi legem imponere, a qua non liceat recedere, 7 Unde non potest quis promissionem donationis revocare, ut hic est expressum, sicut nec donationem perfectam, nisi ex causa ingratitudinis, ut c. *final.* infra eodem, vel ex causa non implementi, ut l. *Generaliter*, C. de revocandis donat. vel per supervenientiam liberorum, ut l. *si unquam* C. eodem.
- 8 **QUAERO**, An donans bona, quae acquisita reperirentur tempore sui obitus uni Ecclesiae, possit in dictis bonis aliam Ecclesiam sibi heredem instituire.

Cc Vide-

9 Videtur respondendum posse, quia per hujusmodi verba non tenetur voluisse donare nisi bona illa, de quibus ante mortem non disposuisset ita expressis declarat Bart. in l. Titius, in fin. ff. Ad Trebellian. ubi ait hac verba: quicquid super fuerit tempore mortis, esse intelligenda si quid super fuerit non deperditum, vel alienatum; & sequitur illic Alb. in fin. & Corn. conf. 243. a n. 4. usq. ad 10. vol. 4. Ideoque haeres rogatus restituere quicquid super fuerit tempore sui obitus, potest bona fide alienare, & omnino bona fide commisso subiecta, nec tenetur restituere nisi quod supererit non alienatum, vel diminutum, ut est textus ad literam in dicta l. Titius, & in Auth. Contra rogatus, eadem titulo, in l. Fideicommissum fit, §. Nonnunquam, ff. de Testam. & in l. Sed & si lege, §. Quod autem quis, vers. Nam & Divus Maron ff. de Testam. heredit. Unde per hujusmodi verba: Restituas quicquid supererit, censetur tibi omnia esse attributa haeredi alienandi facultatem, & idem tradit Gloss. Bart. & DD. in l. Imperator, §. final. ff. de legat. 2. Rum. consil. 109. nu. 10. lib. 2. & conf. 163. nu. 1. vol. 3. Corn. d. conf. 243. vol. 4. & Mant. de conjectur. ult. volut. lib. 10. tit. 4. sub num. 20. vers. Illud autem, Eodem igitur modo is, qui donavit quicquid supererit, vel reperietur sua mortis tempore, censetur sibi reservasse omnimodam facultatem disponendi de bonis donatis, & id demum voluisse donare, de quo ante obitum aliter non disposuerit. Et confirmatur; nam cum fuerit facta donatio bonorum, quae acquisita reperiretur tempore obitus donatoris; hac verba habent in ventre duplicem conditionem. Prima est, si & quatenus acquirantur ad exemplum donationis vini, quod noceat extali vinea: habet enim tacitam conditionem si nascatur, l. Cum certum, ff. de vin. vit. & oleo legat. Cagnol. in l. Omnibus, n. 2. ff. de regul. jur. Altera conditio est, si & quatenus bona acquisita post donationem reperiantur tempore mortis ipsius donatoris, id est quatenus de illis ante obitum donator non disposuerit, ita prob. r. text. expressus in l. Scribis qui mensuram erit cum mortis, de legat. 1. ubi deciditur legatum rei, quae mea erit cum inoriaris, vel (quod idem est) quae reperiretur acquisita tempore mortis meae esse conditionale, & habere hanc conditionem quatenus illa reperiat non alienata; ideoque ejusdem modi legatum extingui per alienationem subsequens, & concordat text. in l. Nuper, §. final. de legat. 3. & censuit Rota apud Seraph. dev. 59. n. 2. vers. Nec placuit.

11 Nec vis faciendae est, quod quis dixerit, dono, seu lego rem, quae reperiretur, vel rem, quae reperiretur; utroque enim modo dispositio est conditionalis, & per alienationem extinguitur, ut declarat Jason in d. l. Scribis, nu. 7. post Bart. in l. Cum quidam, ff. de Aur. & arg. legat. Quamobrem quamvis donator hoc casu multa bona post donationem acquirerit, & sic purificata fuerit prima conditio, nempe acquisitionis; non fuit tamen purificata secunda, quod bona reperirentur non alienata tempore mortis, ideoque extincta fuit: nam dispositio facta sub duplici conditione evanescent, nisi utraque conditio adimpleatur, l. Si haeredi plures, ff. de condit. instit. l. Si quis ita stipulatus fuerit, de decem, ff. de ver. obligat. & in donationibus respondit Roland. conf. 58. n. 49. vol. 3.

12 Atque hinc patet nihil oblati, quae in contrarium asserantur, quod contractus donationis sit

irrevocabilis, ut hic, & in l. perfecta, C. de Donat. qua sub mod. & quod specie per testamentum rescindi non possit, l. Verba C. de testamen. l. Si autem C. de donat. ante nupt. Bald. conf. 54. nu. 2. lib. 1. p. 3. Si quidem hoc casu per alienationem non revocatur donatio ratione mutatae voluntatis; id enim legibus interdictum est; sed extinguitur, quia alienando deficit conditio, sub qua donatio ab initio facta fuit: neque enim donator voluit donationem valere, aut effectum sortiri, nisi eveniret casus, ut bona illa reperirentur non alienata tempore obitus, ita ad literam declarat Jason d. l. Scribis, n. 16. Vulgari autem juris est, donationem conditionalem evanescere, nisi conditio purificetur, l. 1. §. Plausus, & ibi Bart. & DD. ff. de condit. & demons. tradit Socin. Jun. conf. 165. n. 6. vol. 2.

13 Neque oblati dicitur, quoniam vis donator possit bona non acquirere, aut acquisita alienare per dispositionem inter vivos, & hoc modo efficere, ut bona donata non extant tempore mortis, tamen illa acquirat, vel acquisita non alienet & patitur ut reperiantur tempore sui obitus, dispositio, quam facit de praedictis bonis in ultima voluntate in favorem secundae Ecclesiae, non impedit, quominus conditio illa remaneat purificata, quia ultima voluntas effectum non habet, nisi post mortem, l. Illa institutio, ff. de hered. instit.

14 Id inquam non oblat, quia donans bona, quae reperiretur tempore mortis, potest disponere de bonis donatis, non solum per alienationem inter vivos, sed etiam in ultima voluntate. Ita in terminis haeredis rogati restituere quicquid supererit tempore sui obitus, concludit Bald. in d. Auth. contra rogatus, num. 9. Ad Trebell.

15 Et quidem sententia Bald. videtur solidis rationibus fulcita; nam cum rogatus restituere quicquid mortis tempore supererit, potest alienare bona restitutioni subiecta, idque indubitati juris sit, per text. in d. l. Titius, ff. Ad Trebell. cum aliis supra allegatis. Certè etiam poterit in dictis bonis alium haereditatem instituire, quia hoc modo alienasse videtur, ut probat rex. cum Bald. allegat. in l. Si quis prior, §. Certum, C. de sec. nup. cuius haec sunt verba. (Certum esse sancimus, quod etiam illa de cetero videbitur eorundem fuisse rerum alienatio, quae in testamento, vel specialiter relinquendo, vel generaliter haereditatem instituendo facta sit.) Et tradit Bart. in Auth. Res qua, sub num. 5. C. Communia delegat. & Rum. post alios, quos citat conf. 163. nu. 1. vol. 3. Aut ergo inquit Baldus, haeres decessit testatus, & videtur alienasse, d. §. Certum, & l. Vnum ex familia, ff. de legat. 2. Aut decessit intestatus; & tunc non videtur alienasse; & ideo restituendum est fideicommissariis quod alienatum non reperitur, l. Sed est §. Quod autem quis, ff. de peten. hered. & d. l. Titius. Atque ita cessat obiectum illud, quod cum institutio post obitum testatoris effectum habeat, videatur purificata illa conditio, quod bona reperiantur non alienata tempore mortis donatoris. Considerandum est enim testamentum in vita ipsius testatoris ordinari, ac perfici, ut declarat Mantica de tacit. & ambig. conven. lib. 13. tit. 3. n. 7. In puncto, de quo agitur, Jas. d. conf. 130. sub n. 3. vers. Nec obstat fundamentum, & quamvis effectum non habet nisi sequuta morte, tamen hoc parum refert, quia non solum ultimae voluntates, sed etiam actus viventium in tempus mortis suspendi possunt,

possunt, nec ideo minus dicuntur actus perfecti, & inter vivos celebrati, l. ult. §. fin. ff. Communi. Praedior. 2. §. de donat. que sub modo, & l. Vbi ita Donatus, ff. de donat. in sol. Corn. conf. 289. n. 1. vol. 4. Mant. de iac. lib. 13. tit. 1. §. num. 1. & seq. Traditio enim haereditatis licet post obitum sortiatore effectu, tamen ad tempus mortis retrotrahitur; l. Haeres quando amque, ff. de acq. hered.

16 Idemque juris est in donatione causa mortis, quae non dicitur pendere, licet domini translatio post mortem suspendatur, ut tradit gloss. in d. l. 2. in ver. Tunc derivat. Sed & legatum a tempore mortis testatoris acquiritur, ita ut propterea quod legatur, non dicatur superesse post mortem ejus, qui legavit, ut in histerminis advertit Socin. d. conf. 53. n. 16. vol. 1. & Jas. d. conf. 130. sub num. 5. Nec obstat, vol. 4. Et in tantum haec sunt vera, ut quamvis donator reservasset sibi facultatem disponendi in vita de bonis donatis; non tamen per haec verba censetur prohibitus de dictis bonis in testamento disponere, ut tradit, loco cit. Mant. num. 7. post Alex. in d. ult. non. 4. C. de pati. & Co. var. var. resol. lib. 3. cap. 12. num. 3.

17 Quem admodum ergo prima Ecclesia potuisset excludi a bonis donatis, si donator de illis disposuisset per contractum venditionis, aut donationis, vel alium similem; ita debet ceteri excludi cum de illis donator disposuisset per ultimam voluntatem, ut arguit Bald. in Auth. Nisi rogati, num. 11. C. ad Trebell. Quoniam cum excludi possit per alienationem inter vivos; ergo multo magis ex testamento, cum quo sit in ultima voluntate, sit favorabilior alienatio, secundum Bart. in l. A filia, n. 7. ad Trebell. ubi propterea decidit rogatum restituere quicquid reperiretur tempore mortis, qui potest alienare ex causa dotis inter vivos, multo magis potest alienare in ultima voluntate, cum haec alienatio sit favorabilior, & sequitur ibi Alex. sub n. 12. & idem Barol. & Angel. in Auth. Res qua, C. Communia de legat. & in specie, de qua agitur, Jas. d. conf. 130. sub n. 4. vers. Item d. Claretia, vol. 4. ubi etiam pluribus ostendit absurdum esse, ut cui licet alienare inter vivos, quod plus est, non licet in ultima voluntate, quod est minus. Considero ex abundantia doctrinae superius adductas loqui in haerede gravato restituere quicquid supererit tempore mortis, sed cerè longe clarior, & facilior procedunt in donante duplici consideratione. Prima, quia haeres donum restituit bona fideicommissi subiecta, nullam exercet liberalitatem, sed implet onus restitutionis sibi iunctum à testatore, cuius bona non spontè, sed ex debito fideicommissariis restituit: A vero donator nulla movetur obligatione, sed sua liberalitate, ac munificencia utitur. Unde si haeres gravatus restituere quicquid supererit, potest in dictis bonis alium haereditatem instituire; multo magis id poterit donator. Pinguis enim est succurrendum donanti, quam ei, qui verum debitum solvere cogitur, l. Es haereditatem, §. fin. & l. 1. §. ff. de re iudic. & miris agit cum eo, qui ex mera liberalitate convenitur, quam qui ex debito, ut pluribus exemplis probat Rolan. conf. 37. n. 20. vol. 2. Altera consideratio est, quia haeres rogatus restituere quicquid supererit, quamvis possit alienare; tamen velit nolit tenetur reservare fideicommissariis quartam partem haereditatis, iuxta text. in d. Auth. Contra rogatus. Donator vero bonorum quae tempore sui

obitus reperiretur, nihil proorsus tenetur donatione reservare, cum id non reperitur iure canonico, sed omnia potest in alium transferre, & facere, ut tempore mortis nihil supererit, ut respondit Natta conf. 1. d. n. 3. vers. Si ergo, & Mant. de iac. d. lib. 13. tit. 47. n. 4. Hinc igitur patet eum, qui donavit quicquid supererit, habere majorem facultatem disponendi de bonis donatis, quam haereditem de bonis fideicommissi suppolicis. Unde si licet haeredi de illis disponere in ultima voluntate, longe magis licebit donatori, c. Ex parte tertio, infra de decem. c. Cum licet, de regul. jur. lib. 6. cum similibus.

DE PECVLIO CLERICORVM.

Cap. Si quis sanè.

S V A M A R I V M.

- Beneficiari an, & quando teneantur praecepto charitatis, vel iustitiae reditu beneficiorum suorum pauperibus erogare, & in sequ. usque in fin.
- Beneficiarii reditu superflua beneficiorum suorum pauperibus non erogant, an teneantur ad restitutionem, ibid. & in sequ. usque ad n. 6. & 23. Consuetudo disponendi in vita, & in morte de redditibus Ecclesiasticis valida est, ibid. vers. Cui sententiae.
- Declaratur, n. 26.
- Divi Thoma sententia adversus Navarrae interpretationem explicatur, & in sequ.
- Beneficiarius facit fructus suos, & comparatur usufructuario in vita, & usufructuario in morte, Declaratur n. 5. & a n. 9. usque ad n. 17.
- Reditu Ecclesiarum quomodo intelligantur esse pauperum secundum auctoritatem Hieronymi, Ambrosii & Bernardi, & n. seq. & n. 13. 20. & 31.
- Beneficiarii possidentes suscipiunt patrimonium esse posse vivere de fructibus beneficii, patrimonium in alios usus collato, & in sequ. usque ad n. 17.
- Clerici discreti debita sunt Ecclesiae stipendia ex sacrarum litterarum testimonio, in quomodo Ecclesia de servitio intelligantur, n. 12.
- Beneficiarii habentes patrimonium possunt liberè testari de bono patrimonio alio, & vivere de redditibus beneficii, Declaratur ann. 11. usque ad n. 17.
- Canonice Apostolorum quos ad Ecclesiam recipiantur ut canonici n. 8.
- Auctoritas Hieronymi, Augustini, & Prosperii asserentium clericos, qui bonis parentum, aut suis sustentari possunt, peccare si reditu Ecclesiae percipiant, in quos sensus a Dilectoribus accipiantur & in sequ. usque ad n. 17.
- Litterae imperatorum beneficium annullant non facta mentione de bono patrimonio alio, n. 12.
- Redituum Ecclesiasticorum dispensatio, seu applicatio considerari debet iuxta tria tempora, usque ad num. 17.
- Clerici in primitiva Ecclesia nihil possidebant proprii, sed omnia erant communia, & erat aliqui modus vivendi ab Ecclesia approbatus.
- Reditu Ecclesiarum post institutionem titularum beneficiorum principatim sunt deputati in sua ministeria, & secundario autem in subsidium pauperum, Reditu hospitium contra n. & 22. C. 2. B.

- 17 Beneficiatus potest excedere de fructibus beneficii non solum in necis sarris, sed etiam in iis, qua decem, servata ratione conditionis, status, & personae.
- 18 Beneficiatus potest licite distribuere proventus beneficii in eos, qui quamvis habeant necessaria ad victum, non tamen habent sic sufficientia pro qualitate conditionis, & decentia status.
- 19 Item potest usque ad statum decentiam donare consanguineis, & familiaribus suis, & dotare sorores, vel alios consanguineos indigentes.
- 20 Consanguineus de redditibus Ecclesiasticis ditare quam grave sit scelus.
- 21 Beneficiatus de redditibus Ecclesiasticis potest remunerare accepta servitia.
- 22 Pauperum appellatione quoad fructuum Ecclesiasticorum distributionem intelliguntur omnia pia opera.
- 23 Clericus potest pro libito disponere de portione, quam per suos labores ab Ecclesia meretur, aut quam sibi subtrahit de iis, quae ad decentem statum sunt necessaria, nec si profundat, tenetur ad restitutionem.
- 24 Clerici in Urbe, & eius districtu intra decem miliaria decedentes, ex Bulla Pauli V. libere possunt de bonis ibi consistentibus, etiam provenientibus ex redditibus Ecclesiasticis tam inter vivos, quam in ultima voluntate disponere, & usque intestato succedunt heredes ab intestato.
- 25 Papa potest tribuere facultatem testandi de redditibus Ecclesiasticis tam clericis, secularibus, quam Regularibus.
- 26 Declaratur.
- 27 Beneficiatus, si detracto decenti victu ex fructibus beneficii nihil superest, an nihilominus teneatur unam portionem fabricae Ecclesiae, & alteram pauperibus applicare usque in finem.
- 28 Commendatarius monasteriorum si mensis sit separata a conventuali, quartam si vero sit communis, tertiam fructuum partem tenetur erogare in fabricam, seu ornamenta Ecclesiae, vel alimonia pauperum.
- Declaratur, n. 33, & seq.
- 29 Commendatarius, seu Beneficiatus alimenta secundum decentiam status anteponenda sunt sustentationi pauperum.
- 30 Charitatis ordo exigit, ut quis primum subveniat sibi ipsi, deinde proximo, & n. 33.
- 31 Alimenta debentur beneficiato ex iustitia, pauperibus ex charitate.
- 32 Beneficiatus non tenetur ad reparationem Ecclesiae, nisi ex fructibus, qui supersunt detracti necessariis.
- 33 Cardinales de fructibus commendatarum beneficiarum integre disponere possunt usque ad decentem personam, atque familia sustentationem & remunerationem familiarium.

SIQUISSANE, Legitur varie secundum primum intellectum innocentii in ver. Fecisse, hoc intendit. Possessiones emptas ex redditibus Ecclesiae tenebit Praelatus quoad vixerit; de his tamen testari non poterit. Sed Antonius de Butr. iuxta secundum intellectum glos. & Innocentii sic summat hanc decretalem. Res Ecclesiae ad cultum redactae non efficiuntur propriae cultuantis, sed eas usque ad vitam tenere potest. Demum iuxta tertium intellectum, quem Card.

dicit esse communio: em, hoc dicitur Meliorationes factae per Praelatum in rebus Ecclesiae sunt hae in vita, etiam si detestatur beneficium, sed de his testari nequit. Primum ponit unum dictum, Secundum aliud ibi, rerum, a quo excipit, ibi nisi agella, id est parvos agros, sicut praedictum est diminutivum praedicti, certula terra, & vineola vineae, cap. Terras, aut vineolas, l. 2. q. 1. secundum Joan. Andr. & Card. hu. in princip.

Nota primo ex illis verbis, nisi forsancu Episcopi pro servitio, ac provisione ecclesiae largiri valuerit, Praelatum posse bona ecclesiae quaerita benemeritis elargiri, quando merita recipiunt ecclesiam, & non solummodo personam Praelati. Et ita declarata, quod habetur in c. 2. in r. de donat, secundum Ant. de Butr. hic n. 2. & Abb. n. 3.

Secundo nota ibi, usque ad vitam obitur argumentum quod beneficiati usufructuariis comparantur, ut arguit hic glos. in ver. Oritur, nam morte finitur usufructus, §. Finitur, in ff. de usufr. sicut & jus beneficiati, ut hic. & cap. in. supra de pignor. haec tamen aequiparatio non fit per omnia, quia Praelatus in solo ecclesiae potest plantare vineam, ut hic secundum unum intellectum, & tenent glos. praereg. Butr. nu. 4. Card. num. 1. in 3. qu. Anchar. num. 1. & Abb. eodem num. in primor. quod non potest usufructuarius, §. Quamvis, & l. usufructuarius, ff. de usufr. Item usufructuarius tenetur satisficere ad praescript. d. cap. in. & ibi glos. in ver. Cautionem idoneam, de pignor. & l. usufructuarius constituto, c. de usufr. Praelatus non, quia non reperitur in iure cautum. Item usufructuarius facit absolute fructus suos, & de his testari potest si sint separati a solo, & reconditi, l. Arboribus, §. Iulianus, ff. de usufr. & l. usufructuarius, ff. quib. mod. usufr. amittit. At clericus de redditibus beneficii, & meliorationibus testari non potest, ut hic, & c. Quia nos, in ff. de iur. iur. prax. & cap. Quia Ioannes, l. 2. qu. 5. Nam et si de quacvis ex industria possit Praelatus testari, & ab intellectu relinquere; hoc tamen non potest si illam industriam impendit in rebus ecclesiae. cedit enim ecclesiae augmentum, & utilitas rebus suis annexa, sed separata credit ejus lucro, & poterit testari, ut in c. Quia nos. Ita formaliter dicit hic Petr. de Anchar. num. 2. & consentit Butr. in 4. Card. eadem que. 3. & Abb. nu. 2. Et ex his glos. videtur tandem concludere clericum beneficiatum non esse dominum fructuum, & potius comparari usufructuario, cui tantum uti licet ad usum quotidianum, §. 1. in ff. de usu, & habet. De hoc dicam plenius in g. seq. praeteritum nu. 2.

QUERO, An, & quando Episcopi, & Clerici teneantur praecipio charitatis, vel iustitiae redditu beneficiorum suorum pauperibus erogare. Praefatus quatio pro clariori explicatione huius gravissimi, & periculosae materiae distinguenda est in tres articulos.

Primus est, an beneficiati redditus superfluos beneficiorum suorum pauperibus non erogantes ad restitutionem teneantur. Secundus, An beneficiati possidentes sufficienti patrimonio possint vivere de fructibus beneficii, patrimonio in alios usus collato. Tertius, An stante tenuitate beneficii, & detracto concedenti victu beneficiari, si nihil sit reliquum pro pauperibus, fructus beneficii nihilominus sint dividendi iuxta c. De redditibus, l. 2. q. 2.

Quoad primum tanta est opinio varietas, atque

atque argumentorum confictus, quae hinc inde adducuntur, ut omnia explicari vix possint absque ingenti volumine. Quare omnia subtiliori disputatione, quid pro certo tenendum videatur, referemus. Sed ante omnia praetereundum non est, laudandos non esse DD. qui ut pijs caulis saveant, falsam opinionem pro vera, vel dubiam pro certa obrudunt, vel probabilem pro damnata excludunt. Ut enim docuit Arist. lib. 10. Ethic. c. 1. (Veri sermones non solum ad cognitionem, sed etiam ad vitam bene degendam sunt utiles, & sermo tunc fidem facit, um congruit factis, alias contemnitur.) Qui vero hanc iustitiae normam erga pauperes custodiunt, ut superflua illis largiantur, vix reperiantur etiam inter beneficiatos Religiosos, nec expedit inducere clericis conscientiam, contra qua facturi sint, & gratis damnentur.

Quod vero ad rei summam spectat, tametsi opinio Archidiaconi in Summ. 4.4. dist. n. 5. in c. Si Episcopus, l. 2. q. 1. & in c. Statutum, §. Assessorum, n. 13. de rescript. lib. 6. & ante eum S. Raymund. in Summ. rubricae Apostolicae, in fin. §. Sed numquid, quae Episcopos, Clericosve superflua non erogantes pauperibus obligat ad restitutionem, forte sit communior, magis tendat ad charitatem, & tutior omnino existat, quam quae hac eos obligatione solvit, eamque acerrime tueatur Alvarus Pelagius de planctu Ecclesiae, in 2. parte, cap. 28. contraria tamen verior, quam sequitur D. Thom. 2. 2. q. 187. art. 7. & quodlibet 6. art. 12. Praepos. in Summ. 4.4. dist. ubi dicitur 2. usque ad 7. quae luculenter examinat, & quatuor distinctis temporibus iura omnia ad concordiam reducit, Covar. in c. Cum in officio, de testam. n. 3. ubi multos adducit ejusdem opinionis, & Sarnen. de redditibus Ecclesiasticis, par. 2. cap. 2. ubi similiter plures allegat pro hac sententia, & par. 4. c. 1. ubi multis argumentis eandem confirmat, & cap. 2. ubi argumenta in contrarium dissolvit. Cui sententiae in primis favet consuetudo, de qua testatur D. Thom. in quodlibet c. 12. Host. hic n. 4. ver. Secundus vero, rellatus a Card. in 4. q. n. 3. ver. Et dicit Hostiens. Butr. in c. finim 3. causa, de caus. possess. & propriet. relatus hic a Jo. de Imol. col. 4. sub n. 11. ver. Dicit tamen Dominus Antonius, Praepos. ubi supra n. 5. ver. Quartum tempus, & Covar. in eodem loco cit. ubi ait hanc sententiam esse benigniorem, & nostris haece temporibus admittendam ex totius Christiani orbis consuetudine, cui si corruptela existeret, iretur obviam per Summos Pontifices; tenetur enim Princeps prohibere quae sunt contra iustitiam, & ne pauperes, Christi membra, tam grave detrimentum in rebus suis accipiant, providere. Et tamen Concilium Antioch. c. 25. praecipit quidem, ut puniatur Episcopus, si necessitati non contentus, in suos usus domesticos, & ejus commoda res Ecclesiae convertat, & fructus agrorum domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus, filisque concedat; sed tamen eum non arctat ad restitutionem, ut refertur in cap. Episcopus Ecclesiasticarum, l. 2. q. 1. Quod utique Concilium non omisit, si Episcopus esset restitutioni obnoxius, ut advertit Praepos. praereg. in Summ. 4.4. dist. n. 5. ver. Et ideo tex. Cum igitur Apostolicus eam consuetudinem haletenus non damnaverit, apparet Clericos in hac materia peccare tantum contra charitatem, non contra iustitiam: ideoque huiusmodi consuetudinem validam esse, tenet Jo. Andr. in reg.

Prosp. Fagn. in 3. Decret. Tom. 4.

Nemo potest, de reg. jur. lib. 6. & dicit esse communem Doctorum conclusionem Praepos. loc. cit. ver. Potuit insuper. Sed quoniam D. Thomae opinionem ita Navarrus corrumpit, ut eum in contrarium vi deducat, in tract. de reddit. Ecclesiasticis, q. 1. monit. q. 9. ideo quod S. Doctor fenserit accuratus inquitendum; in Summa loco praereg. sic definit: (Si Episcopo portio separata ab alijs est assignata, potest de illa disponere ut de patrimonio, & peccat male dispensando contra charitatem, non contra iustitiam, nec tenetur ad restitutionem. Sin autem portio illius non est separata, ejus fidei divisio committitur, qui si suam portionem taciatur paulo majorem, non est in mala fide, alias si esset magnus excessus, non esset fidei dispensator, & est restitutioni obnoxius.) Haec D. Thom. Unde colligitur in utroque casu Episcopum esse dominum suae portiois, ut est patrimonij. Navarrus autem ait D. Thomam supponere portionem Episcopo assignatam non debere esse majorem, quam illi sufficiat ad victum, quod si fuerit major, rursus esse dividendam, ut Episcopo relinquatur solum necessaria ad victum. Verum haec explicatio est omnino contraria menti D. Thomae; nam loquens de portione assignata Episcopo, de qua vult illum posse disponere, ut de patrimonio, subdit: (In ejus portiois dispositione potest ab Episcopo peccari contra charitatem, si immoderata sibi retineat, seu male dispense, perinde ac in bonis proprijs. Ergo partem illam supponit posse esse majorem, quam sufficiat ad victum Episcopi: aliter enim si esset sufficientis tantum, non posset inde sibi immoderata sumere, seu eam male dispensare, quod tamen D. Thomas affirmat. Divisio vero reddituum Ecclesiasticorum, quae juxta c. De redditibus, l. 2. q. 2. videtur in plerisque Ecclesijs fuisse facta, innuitur hinc a D. Thoma, cum ait (Si fuerint distincta bona, quae debent in usum Episcopi cedere, ab his, quae sunt pauperibus, & ministris Ecclesiae eroganda.) Idem tradunt Sor. lib. 10. de iust. & jur. q. 4. art. 3. & Covar. in d. c. Cum in officio, n. 3. in fin. de testam. subelique ejus rei non levis conjectura: constat enira redditus Episcopi, cleri, & fabricae esse distinctos, & separatos. Cur igitur non fuerit sua portio pauperibus assignata? Unde probabile est hospitalia pleraque erecta, & donationes factas in opera charitatis. Addo D. Thomam etiam fuisse in hac sententia, ut Clerici obtinentes praebendas & redditus quoscumque Ecclesiasticos in usum ministrorum principaliter applicatos, quamvis huiusmodi redditus omnes per luxum dispenserent non tamen peccent contra iustitiam, nec teneantur ad restitutionem, Ita in d. quodlibet 6. art. 2. ad 3. ubi distinguit inter redditus hospitalium, & redditus beneficiorum, dicens: (Aliter dicendum est de illis Ecclesiasticis bonis, quae principaliter sunt attribuenda necessitatibus pauperum, & ex consequenti necessitatibus ministrorum, sicut sunt bona hospitalium, & aliorum huiusmodi; & aliter de illis bonis, quae sunt principaliter attributa usibus ministrorum, sicut sunt praebendae Clericorum, & alia huiusmodi: nam in primis bonis peccatum committitur non solum ex abusu, sed etiam ex ipsa rerum conditione, dum aliquis in suos usus assumit quod est alterius, & ideo tenetur ad restitutionem tanquam defraudator rei alienae.) In secundis

Cc 3 verò

verò bonis non committitur peccatum, nisi per abutium, sicut & de bonis patrimonialibus dictum est. Unde non tenetur quis ad restitutionem, sed solum ad penitentiam peragendam.) Haftenus verba D. Thomæ, cui videntur allentiri hic Hostien. nu. 4. vers. *Mibi videtur distinguendum*. Card. in 4. quæst. nu. 3. vers. *Et dicit Hostien.* & Imol. col. 4. sub num. 11. vers. *Dicit tamen Dominus Antonius*, dum scripserunt clericum non habentem administrationem posse in vita, & in morte disponere de redditibus beneficii: habentem verò administrationem postulantem dum vivit donare, moderatè tamen. Idem dicit glo. in c. *Presenti in verb. Reservari de offic. Ordin. lib. 6. ubi reddit rationem, quia beneficiatus in vita comparatur usufructuario, & facit fructus suos, quam glossam à toto mundo allegari dicit Barbat. hic, quem refert, & sequitur Bellon. conf. 3. *Curatus ecclesie, nu. 6. vers. Quinimo, lib. 3.* Et idem dicit glo. in cap. *Duo sunt genera, in ver. Proprietatem, 12. q. 1. Gemin. conf. 3. super dubio num. 7. vers. Nam Prælati, Anchar. conf. 233. Factum tale, num. 5. Paul. de Caltr. conf. 438. in quæst. in princip. lib. 1. Et de communi opinione testantur Calder. conf. 264. alias 2. de reb. eccles. non alien. Corn. conf. 314. num. 2. vers. *Quinimo, lib. 3.* & Bellon. d. conf. 3. num. 2. ubi allerit communem esse distinctionem, ut beneficiatus æquiparetur usufructuario in vita, & usufructuario in morte; cui sententia aperte suffragatur Concilium Tridentinum in c. 12. sess. 24. ibi: (Privetur dimidia parte fructuum quos ratione etiam præbende, & redditus fecit suos;) & in c. 1. sess. 23. ibi: (pro rata temporis absentia fructus suos non facere;) quod clarè innuit à contrario sensu Episcopos, & Parochos facere fructus suos, dum resident. Quod etiam aperte colligitur ex Constitutione Julii III. quæ incipit, *Cum sicut nobis, publicata 26. Junii 1550. ibi.* (Fructus occasione ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore provenientes, licet postquam ad manus beneficiatorum pervenerunt, & cum aliis ipsorum beneficiatorum fructibus commixti sunt, non ulterius in ecclesiasticis, sed potius ipsorum beneficiatorum propriis, & ab eis acquisitis bonis judicari, & propterea quodammodo pro secularibus, & prophanis haberi consueverint; nihilominus, quandiu beneficiati illos non exegerint, verè ecclesiasticos esse, & censeri debere.) Unde fit, ut Archid. in cap. *Statutum, §. Assessorum, num. 13. vers. Quidam voluerunt dicere, de refer. lib. 6. relatus hic à Card. in 4. q. num. 3. forrè liberius, quam par est scripserit, hæreticum esse de jure canonico, dicere clericum facere fructus suos: nam contra eum stat littera Concilii Tridentini locis citatis, & constitutionis Julii III.***

4. **A**uthoritas autem Hieronymi dicentis, aliena capere convincitur, qui ultra necessaria sibi retinere probatur, c. 1. §. *Ordinandum, 42. dist. Et Ambrosii in c. Sicut hi, 47. dist.* (Quis enim tam injustus, tam avidus, tam avarus est, quam qui multorum alimenta non suum usum, sed abundantiam, & delicias facit? neque enim minus est criminis habentem tollere, quam cum possis, & abundes, indigentibus denegare. Esurientium panis est quem tu detines; nudorum indumentum est quod recludis; & miserorum redemptionem est, & absolutio pecunia, quam tu in terram defocis.) Et Bernard. *Epist.*

2. (Denique quicquid præter necessarium videtur, & impletum velutum de altari retines, tunc non est; rapina est, sacrilegium est. (Et *Epist. 42.*) Clament pauperes, nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur quod inaniter expenditur. Item textus in c. *Qui oblationes, 13. q. 2.* & alia jura, quæ in hanc rem adducit Archid. in sum. num. 5. 44. dist. & in c. *Episcopus, 12. q. 1.* (Hæc inquam) auctoritates, & alia consimiles eò tantum tendunt, ut sit illicita hæc ecclesiasticorum bonorum distributio, non autem ut sit restitutio necessariò faciendâ; Et reditus qui superflui ultra necessaria dicuntur alieni, non propriè, sed ex quadam metaphora, eò quod pauperibus essent erogandi.) Unde idem Hieronymus scribit, bona ecclesiarum dici bona pauperum, quoad debitum, quia eis debentur, non quoad dominium, nec quoad proprietatem, ut refert Turrecrem. in c. *videntes, n. 2. 12. q. 1. & Covarr. in d. c. Cum in officio, num. 3. vers. Scilicet, atque alia, de testam. Et hoc est quod voluit Propof. in sum. 44. dist. num. 4. vers. *Exinde usus, & alii Doctores, dum dixerunt beneficia obtinentes non esse ex toto usufructuarios: quia non habent liberam facultatem testandi, sicut usufructuarii meri, sed sunt usufructuarii qualificati. Unde momentur, ut ex fructibus capiant necessaria, & pro se, & pro suis, & residuum dent pauperibus. Et propterea ad id tenentur ex debito charitatis, non autem iustitiæ, & contrariantes peccant quidem mortaliter, sed non tenentur ad fructus male consumptos restituendos.) Hæc Præpositus. Præterea jura prædicta, atque alia consimiles auctoritates, quæ dicunt redditus ecclesiasticos esse pauperum, procedunt secundum illud tempus, in quo reditus ecclesiarum principaliter erant deputati pro subsidio indigentium; at focus est postea, quam facta fuit formalis, & sollemnis institutio titularum beneficalium, eorumque fructus principaliter sunt deputati pro subsidio ministrorum, ut habetur in c. *Nulli Episcoporum, §. His ita respondeatur, 12. q. 1. & declarat D. Thomas, in d. quodlib. 6. art. 12. ad tertium, Propof. ubi supra, vers. Quartum postea successit tempus, & Covarr. in d. c. Cum in officio, nu. 5. in fin. vers. Nam post factam, de testam. Demum procedunt hujusmodi auctoritates in casu extremæ necessitatis, ut patet in *infra n. 10. vers. Septima solutio. Hæc de opinione Divi Thomæ, & de negotio principali.****

Sed quoniam timorata conscientia magis accedit ad oppositam sententiam Archidiaconi, & bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est, c. *Ad eum, in fin. §. dist. c. 2. de obseq. sepulch. Ideo supposita dicta opinione, succedit secundus articulus, videlicet,*

6. **A**n beneficiati possidentes sufficiens patrimonium possint vivere de fructibus beneficii, patrimonio in alios usus collato.

Quæ de re statuenda potest indubitata præfens conclusio. Episcopi, & Clerici habentes patrimonium possunt vivere de proventibus Ecclesie juxta conditionem, & dignitatem, & patrimonium cum fructibus servare quibus volunt. De decencia conditionis, & dignitatis agemus infra n. 17. & seq. In reliquis pro conclusione stat auctoritas Innocentii in c. *Episcopus, nu. 1. de prebend. ibi.* Non credimus, inquit, quod qui habet beneficium vivere

vivere debeat de patrimonio, sed de altari. Et Hieronymus in c. *illi autem, 12. q. 1.* ubi ait, clericos licitè posse habere propria, & percipere ecclesiastica beneficia, dummodo propter hoc non deserat iustitia, c. *Habeat, 12. q. 1.* nec peccare accipiendo beneficia sibi debita, quia jure suo utuntur, ex quo serviunt ecclesie, & beneficia eis canonice assignata sunt. Et sequuntur Hostien. in c. *Postulasti, num. 6. de refer. Archid. post Ioannem de Fano in c. Clericos, in princ. 1. q. 2. Abb. in sua quæst. 4. quæ incipit, Titus Clericus, in 4. dub. nu. 12. usque in fin. ubi ad partes hanc quæstionem diligenter examinat, & solvit contraria per temporem distinctionem, & num. 14. vers. *Et licet hoc dictum, affirmat opinionem Innocentii, & Hostienis communiter teneri per omnes Doctores; quam etiam communem esse testatur Felin. in d. c. Postulasti, numer. 6. ubi in hanc sententiam cita D. Thomam in 2. 2. q. 185. art. 7. Covarr. in c. 1. nu. 2. de testam. & Navarr. de redditibus ecclesiasticis, nu. 78. alias est, qu. 1. monit. 32. addens idem esse iudicium de bonis indultoria quæstis.**

7. **I**dem ratio suadet divinis oraculis innixa, decet enim, ut qui altari servit, de altari vivat, cum nemo militet stipendiis suis, 1. ad Corinthios 9. c. *Ex his, 12. q. 1. & c. Cum ex officio, de prescript. & dignus est operarius mercede sue, 1. ad Timotheum 5. c. Quicumque, 12. quæst. 2. nec denario fraudari debet in vinea Domini operantes, cap. fin. de magis. Item os bovis ligari non debet triturantis. Deuter. 25. c. *Ecclesiis, vers. Item non alligabis, 13. q. 1. c. Excipiendo, de preben. & qui ad onus eligitur repellitur non debet à mercede, c. Cum secundum, de preben. & cap. *Charitatem, 12. quæst. 2. ibi;* (sultum namque est, ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.) & cap. *Ecclesiasticis, ead. caus. & quæst. (Ecclesiasticis, inquit, utilitatibus defraudantes ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere.)* Unde in c. *Clerici, 1. quæst. 2. decernitur, ut clerici omnes, quæ ecclesie fideliter vigilent, & deterviant, stipendia suis laboribus secundum servitium sui meritum per ordinationem canonum à Sacerdotibus consequantur; Ubi secundò Abb. loco præalleg. ponderandum est verbum illud, omnes, quod includit tam pauperes, quam divites, ut ibi etiam notant DD. alias ad quid dixisset omnes? Item ponderanda sunt illa verba, *stipendia suis laboribus debita; quæ innunt danda esse stipendia clericis non propter indigentiam, sed propter labores, quos sustinent, quæ quidem ratio verificatur tam in divitibus, quam in pauperibus. Item ponderandum quod dicitur secundum servitium meritum, non autem fecerunt indigentia qualitatem,****

8. **H**inc emanant jura hodierna, quibus disponitur, ut clerici habentes beneficium, & patrimonium possint liberè cessare de bonis patrimonialibus, & vivere de redditibus beneficii 12. quæst. 5. per tot. & *infra de testam. quæst. per tot. secundum Abb. in d. cap. Postulasti n. 5. de refer. Quod clarè statutum legitur in Concilio Agathensi c. 18. relato in cap. Episcopi 12. q. 1. his verbis: Episcopi de rebus propriis, vel acquisitis, vel quicquid de proprio habent, hæc redditibus suis si voluerint, derelinquant. Quicquid verò de provisione suæ ecclesie fuerit, sive de agris, sive de fructibus, sive de oblationibus, omnia in jure ecclesie reservata censuimus. Idem probatur in cap. *Manifesta, ead.**

caus. & q. ibi; neque res propriæ Episcopi importunitatem patiantur pro rebus ecclesie; ut nec Ecclesia incurrat damnum, nec etiam Episcopus in suis rebus pro rebus ecclesie proficiatur. Concordat text in c. *Sint manifeste, quod immediate subsequitur; Sint manifeste res propriæ Episcopi (si tamen habet proprias) & manifeste dominicæ, ut potestatem habeat de propriis mortens Episcopus sicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere; nec sub occasione ecclesiasticarum rerum ea, quæ Episcopi esse probantur, interdicant. Qui desumptus est à Gratiano ex Canonibus Apostolorum, cap. 40. atque ita est ex numero canonum quinquaginta, qui soli ab Ecclesia Latina recipiuntur ut Canonici, juxta text. in c. *Clementis 16. dist. & declarat Card. Bellarmin. de ser. pt. eccles. ubi agit de S. Clemente Romano. Sed & Alexander Tertius in c. Quia nos, de testam. (Licet inquit clerici de his, quæ paternæ successione, vel cognitionis intuitu, aut de artificio sunt adepti, seu dono consanguineorum, & amicorum, non habito respectu ad ecclesiam, pervenerunt ad ipsos, liberè disponere valeant: De his tamen quæ consideratione ecclesie perceperunt, nullum de jure facere possunt testamentum.)* Hæc ibi. Pone igitur clericum donasse patrimonium fructus, vel servare velle ad obitum sui diem, certè inde sequitur, ut de fructibus beneficii sit excludens, quod non est inconveniens, sicut nec id ex quo sequitur. Posito enim possibili, & convenienti, nihil sequitur inconveniens, vel impossibile.*

Sed conclusioni ut supra firmatæ fortiter obstat text. in c. *Clericos 1. qu. 2. Qui est pars c. Quoniam 16. quæst. 1. ubi Hieronymus ad Damasum Papam. Clericos autem illos convenit Ecclesie stipendiis sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur bona: Qui autem bonis parentum, aut suis sustentari possunt, si quod pauperum est, accipiunt, sacrilegium profectò committunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant, & bibunt. Concordat text. in cap. *Si quis, & in cap. Pastor. 1. q. 2. ubi Prosper; (Nec illi, qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, unde pauper victurus erat, accipiunt: ita possessores, non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt.)* Et in idem recidit quod ait Augustinus ad Bonifacium Comitem epist. 50. (Si privatum possidemus, quod nobis sufficiat, non illa nostra sunt, sed pauperum, quorum procuracionem quodammodo gerimus; referunt in c. *fn. 12. q. 1. Quod constat etiam ex cap. Sacerdos 1. q. 2. ubi deciditur clericos pauperes sive ex nativitate, sive ex propria voluntate iuste vivere de bonis ecclesie, quia ad ea accipienda non cupiditas ducit, sed vivendi necessitas cogit. Ex mox notabiliter subjungitur: De talibus dicere videtur Apostolus, qui in sacratio operantur, quæ de sacratio sunt, edunt, & qui in altario deserviunt, cum altario participant. Ergo clerici divites, quos non necessitas, sed cupiditas ducit, non possunt iuste vivere de bonis ecclesie, quamvis eadem inserviant, cum de talibus non intelligatur Apostoli auctoritas, sed de clericis pauperibus. Ad idem est textus fortis in c. *illi, 12. quæst. 1. ubi clerici, qui tam infirmi sunt animo, ut possessionibus suis renunciare non possint, cum peccato illa retinent. Ergo tunc demum debet clericis de***

bonis Ecclesie vivere, quando non habet patrimonium unde vivat. Et eodem respiciunt canones, qui dicunt Episcopum posse accipere de rebus ecclesie, quibus indiget, si tamen indiget, & eas dispensare pro suis, & indigentium necessitatibus, ut 1. q. 1. c. Episcopus, & cap. Ex his, ubi glof. in ver. Indiget, reddit rationem, quia de rebus ecclesie non debet quis pasci, si habet propria: ponderanda enim sunt illa verba (si tamen indiget), nam qui habet patrimonium, non dicitur indigere secundum Abb. d. q. 4. nu. 12. in 2. arg. vers. Ad idem.

10 Hinc Vincencius, & Philippus in c. Postulasti de rescriptis, relati ab Archid. in d. c. Clericos, nu. 2. 1. q. 2. dicebant non valere litteras beneficii, nisi facta mentione de paterna hereditate, quia talis indigne petit beneficium ecclesiasticum, allegant c. Quoniam, 1. q. 1. & c. Illi, 1. q. 1. Ceterum opinio Vincencii, & Philippi communiter reprobat a Doctoribus, & contrarium tenet in eadem decretali Innocent. & Compoll. quos refert, & sequitur Archid. in d. c. Clericos, 1. q. 2. nam. 1. in verb. Dispensat, ubi concludit eum, qui habet bonum patrimonium, posse impetrare beneficium a Papa, & valere litteras, etiam si in eis non fiat mentio de patrimonio, quod habet, nisi esset ad patrimonium intitulus, juxta textum in d. c. Postulasti. Idque secundum Innocent. & Archid. satis innuitur ex eo, quod ibi Apostolicus non responderet consultationi sibi facta super hoc argum. cap. Nonne, de presump. Et ita sentiunt communiter DD. ibi, & in c. Episcopus de prob. ut testatur Præpos. in d. c. Clericos, n. 1. in 1. concl. vers. Tum item humana leges, & ita etiam usu receptum est.

Ad prædictos autem Canones ex Hieronymo, Augustino, & Prospero dantur a glof. & DD. per plures solutiones, quæ sunt veluti declarationes, seu limitationes ad regulam superius firmatam.

Prima solutio est glof. in d. c. Clericos, in ver. Sacriligium 1. q. 2. quod illud, quod ibi dicitur, sit exhortatio, & consilium, non autem præceptum, quod etiam sentit glof. in c. Illi autem, in ver. Sine peccato, 12. q. 1. dum dicit e. illud de consilio loqui, & fuit opinio Laurentii secundum Archid. ibi nu. 1. in gl. in ver. De consilio; Cui etiam videtur adherere Covarr. in c. 1. nu. 2. vers. Prima etenim auctoritas, de testam. Et pro hac solutione facit littera d. c. Clericos, ibi, Convenit, &c. repugnant tamen subsequenter verba: Sacriligium committunt, & judicium sibi manducant, & bibunt, nec non verba d. cap. Pastor, ibi, Sine grandi peccato. Et propterea Hugo in d. c. Illi autem, dicit se credere quod dicitur in prædictis juribus esse de præcepto, ut refert ibi Archid. n. 1. sed & Hof. in d. c. Postulasti, de rescriptis. Ego crederem, inquit, eis, qui dicunt dicta jura loqui de consilio, si jura inducerent, quæ non habent, ut refert Præpos. in d. c. Clericos vers. Nam hunc textum. Unde hæc solutio non placet Abb. d. q. 4. incip. Titius, nu. 12. vers. Prima solutio.

11 Secunda solutio est, quam ponit Præpos. in eodem c. Clericos, vers. Quarto respondent, quod prædicti Canones intelligantur eo casu, in quo ecclesia non sufficit omnibus, verum hæc responsio quamvis sit in se vera, quia clerici, quibus propria sufficiunt, debent tunc cessare à sumptibus Ecclesie, cum sit casus, in quo deberent potius de suo subvenire, arg. c. Pater, 86. dist. & c. Licet, de cens. tamen nimis restringit illos canones, qui genera-

liter loquuntur. Et videtur etiam divinare, cum hic intellectus ex verbis illorum non colligatur.

Tertia solutio est glof. præalleg. in c. Clericos, in ver. Sacriligium, quod textus de his loquantur, quæ occasione patrimonii amplius loquod habent, se à divinis subtrahunt obsequiis, quibus se absentibus danda non sunt stipendia ecclesiastica, arg. c. Generaliter, 16. 1. concordat glof. in d. c. Illi autem, in ver. Sine peccato, dum ait, textum ibi intelligi de clericis vagabundis, & sequitur, Præpos. in d. c. Clericos, nu. 1. in 1. concl. dum firmat secundum Archid. & alios ista capitula esse intelligenda de his, qui non serviunt. Quæ tamen solutio videtur contra textum in d. c. Sacriligium, 1. q. 2. ubi clericis etiam de servientibus non sunt danda stipendia ecclesiastica, nisi sint pauperes, ut considerat Abb. d. q. 4. n. 12. vers. Secunda solutio; Ac propterea divinatur, ut uterque præposit. taceret ubi supra, vers. Alii dicunt, Solutio tenet in se bona est & secundum eum optime probatur in c. Clericos, 1. q. 2. Porro servitium ecclesie non ita est accipiendum, ut indistincte clerici teneantur interesse divinis in ecclesia, sed ad hoc, ut vivere possint de proventibus ecclesiasticis, & patrimonium servare, quibus volunt, satis est, ut extræ ecclesias recitent horas canonicas, libentia ex fundatione, vel ex consuetudine personalem existentiam non requirant, & in hunc sensum accipienda sunt oracula ex sacris litteris desumpta, de quibus supra n. 7. ut declarat Præpos. in summ. nu. 3. vers. Inter has varietates, 44. dist. dicens, de hoc esse glofam communiter receptam in c. Gratia, de rescriptis, lib. 6.

Quarta solutio ponitur per gl. ubi supra quod prædicti textus loquantur de quarta pauperibus debita, quæ dari prohibetur abundantibus; panis enim egenarum, &c. c. 2. 1. q. 1. Nam si abundantibus de bonis ecclesie suscipiunt, licet non debeat eis denegari portio, quia nemò cogitur suis stipendiis militare, mortaliter peccant. Quæ fuit etiam opinio Laur. & Jo. de Fan. secundum Archid. ibi in fin. in ver. Mortaliter peccant. Et idem innuit glof. præalleg. in d. cap. Illi autem, dicens textum loqui de oblationibus, quæ abundantibus non sunt communicanda. Et hæc solutio quamvis non placeat Præpos. 1. 2. d. c. Clericos vers. Tertii dicunt; tamen satis congruit cum littera textus ibi: Si quod pauperum est, &c. Quæ verba clarè indicant bona propria possidentibus illam tantum portionem denegari quæ pauperibus debetur. Et concordat littera d. c. Pastor, ibi, Nec sua possidentes sine grandi peccato, unde pauper victurus erat, accipiunt.

Quinta solutio est Innocentii in c. Episcopus, de prob. nu. 1. quod in d. c. Pastor, 1. q. 2. Author Canonis tantum intendat prohibere, ne quis de patrimonio avarè thesaurizet, & bona ecclesie expendat; alias autem bene licet sua bona conservare hæredibus, & bona Ecclesie expendere, sequitur Archid. in d. c. Clericos n. 1. vers. Unde Innocentius, Et hæc solutio est etiam de morte gl. ibidem dum ait, tunc potissimum mortaliter peccare clericos, qui abundantibus de bonis ecclesie suscipiunt quando sua reservant ex cupiditate. Et opinionem Innocentii communiter à Doctoribus approbavit Sylvest. in ver. Clericus, 4. nu. 12. De cujus veritate clarius etiam patet ex his, quæ mox dicentur in seq.

Sexta

Sexta solutio est glof. in d. c. Clericos, in ver. Accipiant, 1. q. 2. dum dicitur textum loqui de illis clericis, qui cum habeant bona propria, accipiunt bona ecclesie, & in malos usus convertunt; & sic esse intelligenda sequentia capitula, scilicet cum male dispentant. Idem tradit Innocent. in c. Populi, ibi, in princ. de refer. dicens Clericos habentes patrimonium, non indignè accipere beneficium, dummodo bene dispentant; Et cum hac solutione transit etiam Archid. in eod. c. Clericos in ver. Dispensant, & in d. c. Illi autem n. 1. 1. 2. q. 1. ubi ait quod dicitur in c. Quoniam 16. q. 1. quod sacrilegium committunt, verum esse quando ex causa quis recipit stipendium ecclesie, ut in usus illicitos convertat, & ne suum quotidianis expensis immittat, c. Si qui proprium, 1. q. 2. & ut patrimonium suum augmentet, illud conlangueis suis relictoribus; Alias etiam qui habet propria, licet de altari vivat, cui servit. Ita Archid. quem sequitur Præpos. in d. c. Clericos, nu. 1. vers. Isti & alia conclusio, ubi ait graviter peccare illos, qui divites sunt, & ex propriis bonis, aut patrimonii, sive propinquorum sufficientiam vitam habent, si causa cupiditatis, scilicet augendi divitias, propinquos ditandi, vel in vitio prodigalitatis faciunt, ut superflue, & luxuriose vivant, stipendia ecclesie accipiunt: quia quod pauperum est, cum non indigent, per avaritiam capere videtur, c. 1. 42. dist. c. Sicut, 47. dist. Alias autem ex quo sunt dicati ordini clericali, possunt capere stipendia, seu beneficia ab ecclesia, cui deserviunt, seu militant: Et fuit opinio Innocentii in c. Postulasti in princ. de refer. & in c. Episcopus de prob. & Hugonis in c. Illi autem, 1. 2. q. 1. dicens: (Intentio clericorum potest esse mala si accipiant bona ecclesie ea intentione, ut possessiones magnas sibi, & conlangueis suis emant, divitias cumulent, & similia; tunc cum pessima sit eorum intentio, mortaliter peccant sic accipiendo, & suis, & Ecclesiasticis sic utendo; imò abutendo, in quo casu intelligitur quod hic dicitur, & in prædictis c. & similibus; si vero accipiant, ut suis honeste usibus provideant, & pauperibus tempore necessitatis provideant, oprimia est eorum intentio, & tunc sine peccato possident sua, & percipiunt ecclesiastica sibi assignata.) Ita Hugo, quem totidem verbis refert, & sequitur ibi Archid. nu. 2. & constant Holtien. in d. c. Postulasti, de refer. dicens, Clericum si deserviat beneficio, & bene vivat, nec habeat pravam intentionem thesaurizandi, posse cum bona conscientia vivere de redditibus beneficii, secus si non deservit, vel luxuriose vivit, vel pravam intentionem thesaurizandi habet. Quo etiam spectant verba Riccardi quodlib. 3. q. 2c. quod habens patrimonium sufficientem ad necessitatem naturæ solum potest recipere beneficium secundum exigentiam status, & personæ, habens verò patrimonium sufficientem etiam ad hæc, & ad elemosinas multas faciendas, si recipiat beneficium, ut bene dispentet, non peccat, modo sit idoneus, si vero recipit illud non intendens Ecclesie deservire, sed avaricos ditare, & magis honorari, & vivere delictuos, mortaliter peccat. Ita Riccard. in quo transit Sylvest. in ver. Clericus, 4. nu. 12. affirmans opinionem Innocentii à Doctoribus communiter teneri. Et hinc solutio aperit in fragatur littera d. c. Clericos, 1. q. 2. ibi, & per abundantem talium judicium ubi manducant, & bibunt; quæ videtur innuere ele-

ricos abundantes non prohiberi stipendia accipere ab ecclesia, nisi abutantur.

13 Septima solutio est Ulrici in summa sua, relati à Præpos. in d. c. Clericos 1. q. 2. vers. Quinto, quod dicta jura sint intelligenda, cum extema necessaria pauperum hoc requirit, ut etiam sua eis quisque pro sua facultate communique. Et est ex mente S. Thomæ in 2. 2. q. 18. art. 6. ubi dicit ad prædictam auctoritatem Hieronymi, non omnia bona clericorum pauperibus esse eroganda, nisi forsitan in articulo necessitatis, in qua etiam pro Redemptione captivorum, & aliis necessitatibus pauperum vaia cultui divino dicata distribuntur, ut Ambrosius dicit in c. Avum, 1. 2. q. 2. Et in tali necessitate peccat clericus, si vellet de rebus ecclesie vivere, cum modo haberet patrimonialia bona, de quibus vivere posset. Et qu. 18. art. 4. in resp. ad primum similitè dicit eadem auctoritates Hieronymi, &c. esse intelligendas tempore necessitatis, quando scilicet non possit aliter pauperibus subveniri; tunc enim clericus tenentur non solum ab elemosinis recipiendis desistere, sed etiam sua, si quæ haberent, largiri ad pauperum sustentationem. Et hic intellectus secundum Præpos. ubi supra probatur ex illis verbis textus, quod pauperum est. Nam certe sunt pauperum in extrema necessitate, non aliter, ut idem adnotavit in c. Sicut 47. dist. alias enim sunt prius ipsius ministerio pro servitio, ut in c. Placuit 1. q. 2. Cui solutionis secundum eum, multum etiam congruit littera d. c. Pastor, 1. q. 2. ubi, Unde pauper victurus erat.

14 Octava denum solutio est Archidiaconi post Hugonem in d. c. Clericos in princ. quod illud, & c. 11. 1. 2. q. 1. & similia loquantur secundum statum primitivæ Ecclesie, quando exiles erant redditus, distribuebantur ex facultatibus ecclesie, prout cuique opus erat, juxta c. 2. & c. Tria, eadem cau. & quæ. Et hunc intellectum sequitur Felin. in c. Postulasti, nu. 6. de refer. Covarr. in c. 1. n. 2. de testam. & similiter est ex mente S. Thomæ in 4. dist. 38. art. 2. q. 2. ad 3. Quod tamen ut dicit Præpos. in præleg. c. Clericos ad fin. vers. Septimo non est intelligendum de tempore Apostolorum, sed antequam esset illa formatis, & solemnibus institutio beneficiorum, & tituli beneficiæles; Quod latius per quatuor temporum distinctionem prosequitur in summa, nu. 4. vers. Nam clarum est, usq. in fin. 44. dist. Primum tamen tempus Apostolorum quando Christiani omnes, seu clerici, sive laici initio nascentis ecclesie præter rerum ponebant ad pedes Apostolorum, Act. 4. quod pertinet ad præsentem questionem, coincidit cum secundo tempore, in quo bona omnia clericorum erant communia, ut mox patebit. Quare secundum Abb. in sua q. 3. incip. Sicut prout nu. 10. vers. Ad tertium contrarium, & d. q. 4. Item clericus, n. 1. usque in fin. in hac materia pro conciliatione omnium, statum spectanda sunt tria tempora.

Primum tempus est, quando in primitiva Ecclesia clerici communiter habitabant, & nihil proprii habebant, sed omnia erant communia, & de illis bonis communibus clerici vivebant primò juxta dispensationem Apostolorum, deinde juxta dispensationem Episcoporum, qui Apostolus succellerunt, c. Duo sunt, 12. q. 1. ubi Hieronymus: In clericis, inquit, ratio capitis est temporalium rerum depositio; illi enim videtur, & veluti contenti, nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia, & c. seq. ubi Gregorius

gorius scribit Augustino Angelorum Episcopo, ut clericus illius Ecclesie inlicitur ad eum modum, qui in initio natus Ecclesie fuit patribus nostris, in quibus nullus eorum ex us que possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, c. *Cuius* p. 1. c. *Certe* 12. q. 1. de quo per glossam in *Summ.* Quo tempore secundum S. Thomam in 4. dist. 38. art. 2. q. 1. ad 3. erat aliquis modus vivendi ab Ecclesia approbatus, quo aliqui ad vivendum in coarctanti se obligabant; & tunc illa obligatio ad alium modum vivendi eadem operabatur, quod nunc obligatio ad certam regulam. Et secundum hoc tempus non est quarendum an Sacerdotes, & Clerici habentes propria possint vivere de bonis Ecclesie, cum nihil proprii possiderent.

Secundum tempus successit in quo Apostoli videntes utilis fore, ut pradia oblata conservarentur ecclesiis cathedralibus, ut eorum fructibus posset omnibus indigentibus uberius subveniri, statuerunt, ut bona huiusmodi non vendentur, sed conservarentur ut supra, & Episcopus habere potestatem ea dispensandi, prout cuique opus esset, ut est text. in c. *Videntes*, 12. q. 1. secundum Abb. in d. q. 4. num. 12. col. ult. vers. *Secundum presuppitum*. & de relictibus Ecclesie fuerunt quatuor partes, quarum una deberetur Episcopis, alia clericis, tertia tabrice, quarta pauperibus. c. *Quatuor*, c. *De relictibus*, c. *Cognovimus*, & c. *seg.* 12. q. 2. Et hoc tempore emanant iura supra in contrarium adducta, q. 9. qua disponunt, ut clerici habentes proprium, nullatenus participent de relictibus Ecclesie. Ratio ejus dispositionis fuit, quia cum adhuc illicitum videretur, ut clerici proprium possiderent contra vestigia Apostolorum, & nonnulli id facerent clam, ut ostenderent se sanctiores, quam essent, ut in c. *Certe*, 12. q. 1. multo detestabilius videbatur, ut proprium haberent, & nihilominus viverent de relictibus Ecclesiasticis, quia reservati erant principaliter pro subditio indigentium unde satis erat, ut permitteretur eis bona patrimonialia possidere, ut in c. *Isti autem*, c. *Episcopi*, c. *Sint manifeste*, c. *Præcipimus*, & c. *Futuram*, §. *Huic*, & c. *Ex his*, ibi tra. quod nihil eis debet, 12. q. 1. & probatur in c. *Nulli*, *ead.*, *cau.*, & q. 8. in c. *Sacerdote*, 12. q. 4. Ideoque constitutum fuit, ut clerici etiam fervientes, stipendia Ecclesiastica non acciperent, nisi essent pauperes, prout disponitur in d. c. *Sacerdos*, 7. q. 2.

16 Tertium, & ultimum tempus fuit, quando clerici cum non essent ita ferventes in fide, ceperunt licite omni scandalo cessante possidere propria, & Ecclesie construi, & dotari, principatiter pro eorum ministris, c. *Nemo de consecr.* dist. 1. c. *in. 1. q. 2. c. Cum h. de consecr. eccles. vel altar. c. Vastovian.* de his qua sunt a Prælat. S. Th. quod lib. 6. art. 12. ad 3. & erecti etiam fuerunt tituli beneficiæles, c. 1. & per tot. 22. dist. c. *fin.* de consecr. lib. 5. cap. *De multa de preben.* cum mult. siml. Et hoc tempore statutum fuit, ut clerici possent licite vivere de relictibus ecclesie, & bona patrimonialia suis hereditibus derelinquere, ut in c. *Episcopi*, in c. *Laminifera*, & in c. *Sint manifeste*, 12. q. 1. & in c. *Quatuor*, de testam.

Stat igitur firma conclusio superius probata quod clerici etiam habentes proprium patrimonium possint sustentari de relictibus beneficii, cui suffragatur etiam universalis consuetudo secundum

Præpos. in c. *Clericos*, 1. q. 1. ibi. In oppositum arguitur ex consuetudine ecclesie, in qua non modo pauperes, sed etiam divites ad ecclesiastica beneficia promoventur, & de stipendiis deputatis prædictis officiis sustentantur.

17 Nunc eidem conclusioni subjungitur quædam corollaria. Primum, quod clericus potest excedere de fructibus beneficii non solum in necessariis, sed etiam in his, qua decent, servata ratione conditionis, status, & personæ; S. Thom. quod lib. 6. art. 12. objicit: Si quis bona fide dispenset ecclesiastica bona, inde accipiens quod sibi convenit secundum conditionem status, & personæ, non peccat mortaliter, etiam si torret aliquid plus in fructibus convertat, quam oportet; & in 2. 2. art. 6. & tradunt Navar. de relict. eccles. q. 1. num. 92. Rodan. de spoli. q. 3. §. *Vetum* quia num. 16. cum seq. Covar. in c. *Comm. officii*, num. 2. vers. 3. ex eadem ratione de testam. Et quantum ad glof. in cap. *Episcopus*, in ver. *Videtur*, 12. q. 1. ex eo textu deducat clericos ex necessitate debere esse contentos, ut habeant victum, & vestitum; & in textu necessitatem esse referendam ad necessitatem naturæ, & esse augmentum contra illos, qui propter necessitatem dicunt se habere plures ecclesias, tamen illa glossa potest tanquam laivari secundum illud tempus, in quo relictus ecclesiarum erant principaliter deputati pro usu indigentium. At secus est postquam relictus sunt tituli beneficiæles, & illorum fructus deputati principaliter pro subditio ministrorum, ut declarat Abb. in d. q. 4. num. 14. col. ult. vers. *Secundum presuppitum*, & est ex mente S. Thomæ d. quod lib. 6. art. 12. ad 3. Ideoque Hugo relictus a Præpos. in d. c. *Clericus prope fin. vers. Sed hic surgit questio*, 1. q. 2. dicit clericos habentes proprium patrimonium posse accipere de bonis ecclesie quantum sibi assignatum est canonice, vel hoc pro honestate personæ, & qualitate moderandum esse. Et fuit opinio Innoc. in c. *Episcopus*, de preb. in princ. ubi verbum, *substantiis*, interpretatur pro qualitate ecclesie, & dignitate clerici, per text. in l. *penult. ff. de alim. & ob. leg.* & in l. *Quero*, ff. de iur. dur. Et eadem voluit Holt. in *Summ.* de relict. §. *Que possunt obijci*, nu. 25. vers. *sed quid appellat*, dicens benedictum cum sufficiens appellari quod sibi, & suis sufficiat, cap. *Studeat ad fin.* 50. dist. cap. 1. de cohab. cleric. & mulier. considerata nobilitate, dignitate, & majoritate illius, de cuius provisione quæritur, arg. c. *Non cogatur*, 41. dist. Ita Holtien.

Ideoque in Extravag. *Execrabili* Joannis, 22. Cardinalibus, & Filiis Regum conceditur retentio plurium incompatibilium, & in c. *De multa*, in fin. de preb. dicitur posse dispensari cum nobilitate, & literatis personis circa pluralitatem beneficiorum, licet possint aliunde vivere, ut considerat Abbas in sua q. 3. *Semper in clericis*, n. 12. vers. *Vnde nobiles*, de quidem decentia status dicitur, & infra c. *leg. & laicus* n. 33.

18 Secundum, si clericus distribuat superfluum in eos, qui quamvis habeant necessaria ad victum, non tamen habent huiusmodi necessitate conditionis, & decentia status, bene distribuisse videtur Ita D. Thom. prædict. 2. 2. quæst. 32. art. 6. Navar. de relict. eccles. q. 1. n. 65.

19 Quare clericus potest ulque ad status decentiam donare etiam consanguineis, & familiaribus suis, c. *Studeat*, in fin. 50. dist. ibi præcipimus, ut tale beneficium sibi Eccle-

sue suæ concedatur, quo & ipse, & sui sufficienter possint habere suæ sustentationis solacium, c. *Omnino*, & ibi glof. in ver. *Et de mercede*, & *Gemin.* 3. dist. cap. *Pervenit*, & ibi Abb. in 2. not. de Aron. Felin. in c. *Vosultate*, nu. 6. vers. *Et hoc, quod licet, de rescrip.* Item potest de relictibus Ecclesie dotare sorores, vel alias consanguineas, c. 1. de cohab. cleric. & mulier. Abb. in d. cap. *Pervenit*, & Sylv. in ver. *Clericus*, q. num. 11. vers. *Decimoquinto*. Quod tamen secundum eum limitatur, & intelligitur si indigeant, non autem ad pompam, vel alium statum; magnopere enim cavendum est, ne huiusmodi decentia status, & conditionis consanguineorum longius, lactiusque protendatur, quam ferat necessitas. Unde Bernardus in declaratione super illis verbis Evangelii, *Ecce nos reliquimus omnia*, sic ait. (Vivat de altario, ut iuxta eundem Apostolum alimenta, & quibus tegatur habens his contentus ut. De altario, inquit, vivat, non superbiat, non luxurietur, denique non dixerit, non sibi de bonis Ecclesie ampla palatia fabricet, mutans quadam rotundis, nec loculos inde congerat, aut superfluitate dispergat, non extoliat facultatibus Ecclesie consanguineos suos aut nepotes, aut nepotes nupti tradat.) & Ambros. lib. 1. de off. cap. 30. relictus a D. Thoma in 2. 2. quæst. 185. art. 7. ad 2. Hec est approbata liberalitas, ut proximis leminis tui ne depicias, si egere cognoscas, non tamen ut illos ditiores fieri velis, ex eo quod tu potes conferre inopibus, refertur in c.

20 *Est probanda*, 8. dist. & in 7. synodo, c. 12. statutum est secundum canonem SS. Apostolorum, ut non liceat Episcopo fraudare quidpiam ex rebus Ecclesie, vel cognatis propriis donare quæ Dei sunt; quod si pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur; & in Trid. Synodo, c. 1. sess. 25. rotidem ferè verbis omnino Episcopus interdicatur, ne ex relictibus Ecclesie consanguineos familiarive suos augete studeant, cum & Apostolorum canonem prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent, sed si pauperes sint, iis ut pauperibus distribuant; eas autem non distrahant, nec dissipent illorum causa; Immo ferè monentur, ut omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquosque carnis affectum, unde multorum malorum in Ecclesia seminarium extraxerit, penitus deponant. Nam, ut inquit glof. in c. *Pervenit*, in ver. *Graviss.* 1. q. 3. cæci sunt Episcopi circa nepotes, unde tantus impetus in eos omnia fundendi fuit restringendus. Cessante autem huiusmodi necessitate, quam grave sit scelus de relictibus Ecclesiasticis consanguineos ditare constat ex verbis Gregorii VII. in c. *Pervenit*, 16. q. 7. ibi: (Si quis fuerit huius divini præcepti transgressor, inter maximos hæreticos, & Antichristos non minimus habeatur, qui canon procedit etiam in fructibus secundum intellectum Hugonis, & Archid. & ex aliis innumeris sacrarum litterarum, & SS. Patrum testimoniis.

21 Tertiò, clericus potest de relictibus Ecclesiasticis remunerare accepta servitia. Videtur autem hoc esse rei debite persolutio, aliàs incurrit vitium ingratitude, si nullatenus remuneret, Navar. d. q. 1. *monit.* 36. n. 1. vers. *Ceterum nos in ea sententia sumus*, ubi ait reparationem istam debere esse majorem accepto servitio, vel beneficio pro ea, quæ Aristoteles in lib. *Ethic.* tradit de restituenda gratia mensura cumulativè; Nam ut

scribit Seneca lib. 2. de benef. cap. 18. Diligentius quaerendus est beneficii, quam pecunie creditor; huic enim reddendum est quantum accepi, & si reddidi, solutus sum, ac liber; at illi quantum solvendum est, & nihilominus relata gratia coheremus; qua de re plura apud Covar. in cap. *In officio*, num. 10. de testam.

22 Quarto, nomine pauperum in hac materia intelliguntur omnia pia opera, scilicet in Dei cultum tendentia, ut intelligit S. Thom. in 2. 2. q. 185. art. 7. Adrian. in 4. in materia de rescrip. quæst. 1. 2. col. 2. Navar. d. q. 1. *monit.* 20. num. 1. Quod si verum est, apparet pauperes parum juris habere in relictibus Ecclesiasticis, præterquam in bona hospitalium, quæ eorum usus principaliter sunt destinata, & consequenter in usus ministrorum, Clem. *Quia contingit*, ubi notatur de relict. dom. quod magis firmat opinionem D. Thom.

23 Quinto, clericus potest pro libito disporre de portione, quam per suos labores ab Ecclesia meretur ultra mediocre servitium debitum illi, & exhibitum; Idemque iudicium de iis, quæ ad decentem statum necessaria sibi subtrahit; nec si profundat, tenetur ad restitutionem. Jo. Major. in 4. dist. 24. col. 4. sequitur Navar. supra num. 70. Idem dicendum de iis, quæ clericus lucratur pro Missarum celebratione, officio cantando, &c. restatur de communi Navar. n. 71.

24 Sexto, quod dictum est clericos posse excedere de fructibus beneficii usque ad decentiam status, multò securius procedit in Urbe, & ejus districtu ad decem milliaria, quia Paulus V. in Constitutione edita 8. Aprilis 1606. quæ incipit *In eminenti*; non solum tribuit omnimodam facultatem in colis, & civibus urbis, qui in ea, vel ejus districtu infra decem milliaria, non tamen extra debitam residentiam decesserint libere, & licite, pro libito voluntatis disponendi de omnibus suis bonis etiam provenientibus ex quibuscumque fructibus, relictibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis Ecclesiasticis etiam decemalibus Ecclesiarum, & beneficiorum quomodolibet qualificatorum, quæ in titulum, vel commendam, aut administrationem, vel alias quomodolibet, etiam ex dispensationibus Apostolicis obtinent, seu antea obtinuerint, vel in posterum obtinebunt, cuiuscumque qualitatis, quantitates, & valoris exstant per eos acquiritis, vel acquirendis in eadem urbe, & illius districtu infra decem milliaria ut supra consententibus, tam inter vivos, quàm in ultima voluntate in favorem consanguineorum, & affinium suorum, & quarumvis aliarum personarum, etiam penitus extranearum: Verum etiam decrevit, ut istdem decedentibus ab intestato eorum bona ex bonis, & relictibus Ecclesiasticis supra dictis provenientia pro eos, ut supra acquiritur in d. urbe, & ejus districtu, infra decem milliaria, ut præfertur, consententia ad eorum ha redes ab intestato venientes libere deveniant; Idemque pro toto urbis districtu etiam ultra decem milliaria prius statuerat Julius III. in Constitutione, quæ incipit, *Cupientes*, ut *alma Urbis nostræ*, edita sexto idus Martii 1549. circa quam plura adnotavit Navar. in *Commentario de spoliis clericorum* super cap. *Non liceat* Pape, 12. quæst. 2. §. 6. Neque enim est ambigendum quin summus Pontifex impertiri possit clericis facultatem disponendi in vita, & in morte de fructibus beneficiorum, ut per

per Angel. & Imol. in l. si serui communis. in prin-
cip. ff. de stipul. l. v. Præpolarum summ. 4. d. n. 5. vers.
Credere tamen. Nec mirum, cum Papa possit
hanc facultatem testandi concedere etiam Regu-
laribus, arg. l. si quando in prin. ubi id notat Bald.
C. de testam. Franc. in rubr. de testam. lib. 6. col.
penult. & alius relatis, defendit Covarr. in cap. 2. n.
10. eodem tit. de testam. (dummodo tamen, ut in-
quit Præpolarum. loc. cit. vers. Credere hoc casu, clerici
habentes es indultum à Sede Apostolica disponen-
di de rebus ecclesiasticis satisfaciunt cultui
divino beneficii, quod habent in titulum, vel in
commendam oneribus illi incumbentibus, & re-
parationem ecclesie. Quod si fructibus abutantur,
non tenentur ad restitutionem de male consump-
tis fructibus, licet peccent mortaliter, neque
eos excusat in his consuetudo, neque amplitudo
commendæ facta per bullas Papæ, neque dispen-
satio tacita, vel expressa, quia licet Papa possit
dare etiam facultatem dispensandi in vita, vel tes-
tandi de fructibus beneficiorum; tamen non de-
bet trahi neque dispensatio, neque consuetudo
ad damnum Ecclesiarum ut nutriant peccatum,
vel ut diminuant cultum divinum; quia in his
peccaret Papa mortaliter, neque esset excusatus
dispensans neque dispensatus, facit Archid. in c.
Non licet Papæ 2. q. 2.) Hactenus verba Præpolarum.
27 Tertius articulus est, polita eadem Archidiaconi
opinione,
An tante tenuitate beneficii, & detractio con-
decenci vultu beneficii, si nihil sic reliquum pro
pauperibus, fructus beneficii nihilominus sint di-
videndi juxta c. De redditibus 12. q. 2.
28 Dubium hoc movetur, quia Summus Pontifex
dum Cardinalium fidei Abbatis commendat, in
diplomatibus præcipit, ut tertiam partem reddi-
tum conferant in fabricam Ecclesie, vel alimo-
niam pauperum, quod si facerent, victus illorum
familie, & ipsi forte deesse; Clausula literarum
Apostolicarum est tenoris infra scripti, vi-
delicet: (Tibi tuum juxta Cardinalatus
sublimitatem decessu tenere, & expensarum o-
nera, quæ te jugiter de necessitate subire oportet,
facilius perferre valeas, de alicujus subventionis
auxilio providere volentes, motu proprio, &c.
Ita quod liceat tibi debitis, & consuetis disti-
monasterii supportatis oneribus, ac tertia parte om-
nium fructuum, reddituum, & proventuum Mona-
sterii hujusmodi in restaurationem illius fabricæ,
seu ornamentorum emptionem, vel fulcimentum,
pauperum alimoniam, prout major exegerit &
suaserit necessitas, omnibus aliis deductis oneribus,
annis singulis impartita de residuis illius fru-
ctibus, redditibus, & proventibus disponere, & ordi-
nare, sicut ipsius monasterii Abbates, qui pro
tempore fuerint, de illis disponere, & ordinare
potuerunt, seu debuerunt, alienatione, &c. inter-
dicta, commendatarii, etiam si Cardinalatus
honore, & dignitate fungantur, si mensam ha-
buerint separatam, ac sortem à mensa Conventu-
ali, quartam suæ mensæ partem, pro instauratio-
ne fabricæ, seu pro ornamentis, vestibus, & para-
mentis emendis faciendisque, aut pauperum ali-
moniam, aut sustentationem, ut major exigerit, ac sua-
debit necessitas: Si verò mensa fuerit communis,

tertiam omnium fructuum d. Monasterii sibi com-
mendati partem pro supradictis oneribus suppor-
tandis, & sustentatione Monachorum, omnibus
deductis oneribus, impartiri teneantur: Ac litte-
ræ, quæ super monasteriorum hujusmodi commen-
dis expediuntur cum clausula hoc ipsum specificè
exprimentur debeant expediti: Alioquin, si aliter
expediatur nullius sint roboris, vel momenti.)
29 Omnino autem censetur alimenta clerici anteponenda esse sustentationi pauperum.
Primo per id, quod habetur in c. Nulli Episcopo-
rum, §. Huic ita respondetur 12. q. 1. ibi. (Sicut perfe-
ctione charitatis manente, licet res ecclesie om-
nibus debeant esse communes; primum tamen
sibi, & suæ ecclesie deseruiantibus subministrari;
reliqua quæ super sunt fidelium usus ministran-
dum; ita & præbende ecclesiarum eadem chari-
tate manente, piè, & religiose possunt distribu-
tione nec tunc rebus ecclesie, ut propriis, sed ut com-
munibus utilitatibus deseruiantur, ut ex his, quæ
sibi assignata sunt primum sibi necessaria perci-
piat: si quæ verò suis necessitatibus super sunt, in
communes usus ecclesie expendat.) Hæc ibi:
Quippe ordo exigit charitatis ut primum quis
subveniat sibi ipsi, deinde proximo, c. Qui vult, de
pauit. dist. 3. ubi August. Qui vult elemosynam
ordinate dare, à se ipso debet incipere, & eam sibi
primum dare; Est enim elemosyna opus mi-
sericordie, verumtamen dictum est; Misereere
animæ tuæ placens Deo. Et cap. si non licet 23. q. 1.
ubi idem August. regulam diligendi proximum
à semetipso dilectorem accepit, quandoquidem
scriptum est, Diliges proximum tuum sicut te-
ipsum; Unde S. Thomas 2. 2. q. 26. art. 4. Dile-
ctio, inquit, hominis ad se ipsum est, sicut exem-
plar dilectionis, quæ habetur ad alterum; exem-
plar autem potius est, quam exemplatum. Itaque
tenetur quisque magis diligere se ac sua, quam
aliena, secundum glossam in extrav. si fratrum 1a.
22. in ver. Multis fortis, ne sede vacan. & gloss. fin. in
c. Nisi specialis de auct. & usu pall. Et postquam mihi
consulere etiam cum damno alterius. Si quis su-
mo. ff. ad l. Aquil. gloss. in d. c. si non licet in verb. Se-
metipso 23. q. 1. Quare Jo. Andr. in cap. Ex his in
ver. Super sunt, de eccles. ad. fin. Non enim, inquit, Re-
statores beneficiorum tenentur subtrahere suis ne-
cessitatibus, ut erogent in pias causas, & sic intelli-
git glo. l. 6. q. 1. c. ult. in prin. Unde quantum pos-
sibile est debet pauperibus erogare 87. dist. c. 1. Si-
cut & libertus patronum alere debet cum sibi sit
pater, & Patrono deest ff. de alien. liber. l. si qui si li-
berus §. de alimentis, C. de oper. liber. l. 1.) Hæc Jo. Andr.
quem totidem verbis sequuntur ibi Butr. & An-
charan. Adjicit Abb. quod dicitur, quicquid habet
Clerici est pauperum, c. fin. 16. q. 1. debere intelligi
de his, quæ sibi super sunt, quia ordinata elemo-
syna, seu charitas incipit à se. Præterea alimenta
ex redditibus beneficii debentur clerico ex justitia,
pauperibus autem ex charitate; ideoque quantum
pauperibus sint debita; ab ipsis tamen nullo jure
peti possunt, sed tantum judicis officium implorari
gloss. 1. in cap. Exigent 1. q. 7. Abb. in cap. si quis
de fur. idque non aliter, quam si pauperes sint in
tali necessitate, & divites in tali abundantia, ut
eis opem terre teneantur divino præcepto, ut de-
clarat Sylv. in verb. Elemosyna in fin. Acqui opera
justitiæ sunt anteponenda operibus charitatis A-
ugust. in lib. de verb. Domini, S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7.
Ad

Ad hæc beneficiati alimenta regulariter repa-
rationi templi anteponuntur, ita ut si quid de-
curum sit, deficere potius debeat Ecclesie, quam
beneficiario, c. De his, de eccles. ad. fin. quem textum
Abbas dicit esse perpetuo notandum, quia nescit
esse alibi, quod Sacerdos non teneatur ad repa-
rationem Ecclesie suæ, nisi quatenus ei supererit de-
tractis necessariis. Reparatio verò Templi cum
spectet ad cultum Dei, anteponenda est sustenta-
tioni pauperum, Sylv. in ver. Clericus, 4. n. 14. vers.
Quantum verò ad quartam pauperum,
Et confirmatur, quia pauperibus debentur so-
lum superflua, ut colligitur ex c. Cum secundum, de
præben. & tradit Abb. in d. cap. De his, de eccles. ad.
dist. 3.
Navarrus tamen de redditibus Ecclesie, q. 1. n. 92.
dicit hoc esse intelligendum de portione, quæ
beneficiario contingit in alimenta secundum qua-
litatem & dignitatem Ecclesie debita, non juxta
personæ qualitatem: Nam si filius Regis veller
ex redditibus Hospitalis sibi commendati vivere
pro dignitate status Regii, vel Cardinalis, abu-
teretur iis, quæ pauperum sunt.
Ego verò dicerem limitationem Navarri fortè
admitti posse quoad Ecclesiam, ubi egeret neces-
sariis ad Dei cultum. Quoad pauperes autem in iis
tantum bonis, quæ illorum sustentationi sunt
principaliter assignata, ut hospitalium. Cardina-
les verò de fructibus commendatarum beneficiorum
integre disponere posse opinor, utque ad de-
centem personæ suæ, atque familiæ sustentatio-
nem, & remunerationem familiarium, quos quæ-
admodum honoratos esse debere volunt, ita
debet honorate tractare. Idque facit ad digni-
tatem Cardinalatus; esset enim indignum eos apud
se homines fordidos, vel obscuros habere. Mo-
veor ad hoc asserendum ex mente præsumpta
summorum Pontificum, quos verisimile est con-
tulisse, aut commendasse beneficia illa Cardinali-
bus, ut teneant dignitatem, ut advertit Præpolarum
summ. 4. d. n. 5. quam facta illa divisione in
litteris Apostolicis in junc. sustinere vix possunt,
nisi pauci ditiores, idque præsumitur etiam ex di-
spostione extrav. Excusabilis, de præben. ubi etiam ob-
tinentes ex dispensatione plures dignitates, perso-
natus, vel beneficia curam animarum non possunt
retinere, nisi unum, & reliqua verbaliter, & reali-
ter resignare teneantur; excipiuntur tamen Car-
dinales, qui circa summum Pontificem universali
Ecclesie serviendo, singularum Ecclesiarum com-
moditatibus se impendunt, & Regum filii, qui
propter sublimitatem suam, ac generis claritatem
sunt potioris prærogativa gratiæ atollendi. Imò
de hac mente apparet expressè ex præmio litte-
rarum commendæ, ibi ut tuum statum juxta Car-
dinalatus sublimitatem decentius tenere, & ex-
pensarum onera, quæ te jugiter de necessitate sub-
ire oportet, facilius perferre valeas.
Limitatio autem Navarri vix ad praxim dedu-
ci potest in non abundantibus. Finge enim Cardi-
nalem alios redditus non habere, quam sex mil-
lium scutorum ex monasterio sibi commendato;
certum est qualitate, ac dignitate Ecclesie perspe-
cta, summam scutorum quatuor millium satis su-
perque esse ad vitam commendatarii inferioris
ordinis sustentandam, ac prout teneat eum ter-
tiam partem, quæ superest, Cardinale vel pauperibus
erogare: At manifestum est Cardinalem ex eo re-

ditu quatuor millium scutorum decenter vivere
non posse, etiam si obferret ea, quæ de modesta
suppellestie, frugalitate ac simplicitate Cardina-
libus præscribuntur à Concilio Tridentino in ca.
1. sess. 25. Ergo nemo dixerit eum teneri familia-
res ordinarios, & reliqua ad suum statum neces-
saria subtrahere, ut duo millia scutorum distri-
buat in pauperes, quia agris suis licentibus, aliis
irrigandi non sunt, l. Præses, C. de ferris, c. Quia per
ambitiones, §. q. dist. 1. 2. C. Ut nemo privatus, l. Pupillus,
& ibi, Bart. ff. de excus. tutor. Et non teneatur aliqua
actione, qui propter suas conservandas alienas
merces projicit, l. Qui servandam in prin. ff. de
præser. verb. Gloss. in c. Qui vult, in ver. Se ipso de pau-
nit. dist. 3. Unde S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 6. querens,
utrum quis debeat dare elemosynam de necessa-
riis, sic ait: (Inordinatum est si aliquis tantum sibi
de bonis propriis subtraheret, ut aliis largire-
tur, quod de residuo non posset vitam transigere
convenienter secundum proprium statum, & ne-
goria occurrentia: nullus enim in convenienter
vivere debet.) Hæc D. Thom. Quom quidem de-
centiam, & honestatem contemplata etiam fuit
Tridentina Synodus, dum in decreto cap. 17. §. E.
24. quod in quibuscumque personis etiam S. R. E.
Cardinalibus mandat obesse vari, statuit, ut in pos-
siterum unum tantum beneficium ecclesiasticum
singulis conferatur, quod quidem si ad vitam ejus
cui conferitur, honestè sustentatum non sufficiat,
liceat nihilominus aliud simplex sufficiens eidem
conferri.

Neque obstat præceptum illud in litteris appo-
situm de eroganda tertia parte reddituum in fabri-
cam Ecclesie, vel alimoniam pauperum: Siqui-
dem intelligi debet habere locum in eo tantum
casu, in quo redditus abundat, de ductis necessariis
ad decentem status sustentationem, ut ex prædi-
ctis patet, & tradit Sylv. in ver. Clericus, 4. n. 14.
vers. Et intellige. ubi quod statuitur per Sacros Ca-
nones de quarta parte reddituum applicanda fabri-
cæ Ecclesie, affirmat esse intelligendum quan-
do redditus super sunt, detractis omnibus necessa-
riis. Præsertim verò, quia in eadem clausula, dum
præcipitur Cardinalibus, ut tertiam partem in fa-
bricam, vel pauperes distribuunt, annectuntur illa
verba, (omnibus aliis deductis oneribus, inter quæ
primum locum obtinet onus alimentorum ipsius
commendatarii) ut habetur in d. c. Nulli Episcopo-
rum, §. Huic ita respondetur, 12. q. 1. Et sanè si com-
mendatario monasterii non habentis mensam iea-
paratam incumberet onus alendi duodecim Mo-
nachos, & redditus monasterii vix sufficerent ad e-
jusmodi onus subeundum; nemo aliter eret com-
mendatarii teneri tertiam partem erogare in
fabricam Ecclesie, vel pauperum alimenta, eam-
que subtrahere necessariæ sustentationi Mona-
chorum debita ex justitia. Ergo idem & multò
fortius dicendum est de alimentis commendatarii,
quæ ante omnia sunt deducenda, ut in d. §. Huic
ita, & ostentum est supra n. 29. & seqq.

Admonendi tamen essent commendatarii ut ubi
ditiores de bonis Ecclesie evaserint, quod super-
erit conferant in pios usus; præcipue verò, quia ve-
risimile est multas Abbacias habuisse onus an-
nemum alendi pauperes, quæ etiam fortè mutaverint
statum, ita disponente Summo Pontifice, cui Pa-
trimonii Ecclesiastici cura commissa est, Covar. in
d. c. Cum in officio, num. 2. de testam. tamen deest à
posse.

possidentibus pauperum aliquam curam geri. Sed ne audaces videamur, censemus eundem Summum Pontificem consulendum, ut ambiguitas omnīs in medio tollatur.

DE TESTAMENTIS, ET ultimis voluntatibus.

Cap. Quia ingredientibus.

S V M M A R I V M.

- 1 **A**bbatis testari non potest etiamsi nunquam induisset habitum Monachalem.
- 2 **H**abitus religionis non requiritur necessarius ad validitatem professionis.
- 3 **E**t quid post Concilium Tridentinum, n. 7.
- 4 **H**abitus clericorum secularium debet esse distinctus ab habitu Monachorum, & Monialium, nec valet contraria consuetudo.
- 5 **M**oniales portare possunt pannum secundum consuetudinem loci.
- 6 **A**d Episcopum spectat compellere Monachos, & Moniales ad deferendum habitum Religionis congruentem.
- 7 **A**nus probationis ex Concilio Tridentino non incipit nisi post susceptionem habitum.
- 8 **M**edium aggredi non possunt, nec ad finem pervenire nisi principio mediante.
- 9 **N**ihil potest operari antequam incipiat esse.
- 10 **I**mperator dicitur oriri in die coronationis, nec antea potest se immiscere administrationi imperii.
- 11 **M**onialis tacite professus testari non potest, contraria consuetudine non obstante.
- 12 **P**rescriptionem non inducit factum usurpatum.
- 13 **T**estamenti facionem impedit professio tacita, sicut expressa.
- 14 **T**estandi facultas concessa Moniali per officium Penitentiarie sublatam est a Concilio Tridentino.
- 15 **R**enunciatio Moniali tacite professa non valet.
- 16 **M**onialis nondum professa testari non prohibetur.
- 17 **T**estamenta, & alia ultima voluntates non comprehenduntur in decreto Concilii Tridentini de renunciationibus non faciendis, nisi cum licentia Ordinarii, & intra duos menses ante professionem.
- 18 **B**ona ingredientis monasterium acquiruntur eidem loco in specie, in qua est professus tacite, vel expresse.
- 19 **P**rofecti in genere generalissima qui dicantur, cui acquirant, & cui subiciantur, & n. 22.
- 20 **P**rofecti in genere subalterno qui sunt, & cui acquirant.
- 21 **E**t quid de professa in individuo.
- 22 **P**rofecti in genere generalissima sublatam est a Concilio Tridentino, adeo ut nec in foro conscientie inducatur aliqua obligatio.
- 23 **P**rofectio tacita an inducatur ex eo, quod quis suscipiat munus Abbatis, vel Abbatissae, & num. seqq. usque in finem.
- 24 **I**ntellectus. Cum causam, de elect. & n. 32.
- 25 **V**otum solemniter ante professionem tacitam, sicut per expressam.

- 26 **P**rofectio nulla nullum producit iuris effectum. Declaratur, n. 35.
- 27 **N**ovitius profectus potest Abbacia per viam postulationis, vel collationis. Contrarium, n. 36.
- 28 **I**ntellectus huius cap.
- 29 **M**onachus promotus ad praedicationem alterius monasterii factio ipso censetur ibi tacitam professionem emittere.
- 30 **A**bbatissatus est actus, qui non convenit nisi professo. Professus tacite censetur, qui cum debitis praesuppositis ingerit se actibus professorum ibidem.
- 31 **A**bbatissa negans se profectam reddit se indignam Abbatissatu, & iuste privari potest.
- 32 **P**rofectus tacite sicut habet actionem ut recipiatur a conventu ad professionem expressam, ita a conventu potest cogi ut expresse proficiatur.
- 33 **A**bbas tacite professus quamvis amoveri possit ab Abbacia, tamen cogendus est expressam professionem emittere.
- 34 **V**otum ultra intentionem votantis non extenditur.
- 35 **V**oluntatis declaratio elicitur etiam ex actu nulliter gesto.
- 37 **M**onialis nondum professa consentiat se eligi in Abbatissam ante aetatem 40. annorum, an ex hac censetur tacitam professionem emittere.
- 38 **N**on profectus Abbaciam suscipiens, quibus casibus intelligi possit tacite profecti, & num. seqq. usq. in finem.
- 39 **A**bbaciam recipiens ante susceptum habitum, vel ante annum probationis elapsam non sit tacite profectus, & in hoc corrigitur hac decretali.
- 40 **P**rofectus tacite iterum fieri non potest, qui semel tacite fuit profectus.
- 41 **N**ovitius per annum deferens habitum indistinctissimum ad seculum redire non potest.
- 42 **N**isi huiusmodi habitum susceperit ante annos discretions, n. 46.
- 43 **E**t quid si deserat habitum novitorum distinctum ab habitu professorum, & n. 51.
- 44 **E**t quid si habitum professionis assumpserit, & numer. 49.
- 45 **N**ovitius qui ante aetatem professionis suscepit habitum indistinctum non fit profectus nisi illam deserat per annum post legitimam aetatem.
- 46 **A**ut ingerat se actibus professorum, vel habitum professionis suscipiat.
- 47 **P**rofectio procedens impedit ne inducatur professio tacita per gestationem annalem habitus indistincti, vel per receptionem habitus professorum, num. 49.
- 48 **S**ed non impedit qui inducatur ex susceptione Abbatissae, & n. 50.
- 51 **N**ovitius quamvis deserat habitum patenter distinctum ab habitu professorum, tamen fit tacite profectus, si transacto anno se actibus professorum immisceat.

QUIA INGREDIENTIBUS. Abbatissa testari non potest etiamsi nunquam induisset habitum monachalem. Hoc dicitur. Et sunt duae partes. In prima ponitur questio. In secunda proviso, ibi, necessarium, & est pars cap. Quia ingredientibus, 19. q. ult.

2 Nota primò ibi, sed in vestibus. Delationem habet.

habitus religionis necessariò non requiritur ad validitatem professionis: nam habitus non facit Monachum, sed professio regularis, cap. Porrexitum, & ibi gloss. in ver. Non faciat habitus, infra de Regular. concordat cap. Ex parte, & cap. Prædicti, eod. tit. & cap. Consuevit, infra qui cler. vel roven. & hic notat Innoc. in ver. Sed in vestibus, Abbas Antiqui in eod. ver. Hostien. num. 2. Abbas Siculus in 2. not. & alii communiter. Secus tamen est de honestate; quia distinctus debet esse habitus secularium clericorum à Monachis, & Monialibus: immo ut Moniales non deserant habitum congruentem religioni, consuetudine induci non potest, quando habitus est in totum discretus à religione, seu improporcionabilis religioni, ut formaliter ait hic Butr. num. 3. & de tali habitu loquitur hac Decretalis. Nam incedebat hæc mulier, sicut incedebant Presbyteri illius loci respectu coloris, & formæ; secus autem esset si habitus non esset omninò conformis secularibus vestibus, prout de qualitate vestium est text. cum gloss. in Clem. Ne in agro de stat. Regular. in ver. Consuetudo; ubi caveatur ut possint portare pannum secundum consuetudinem loci, & ut plurimum Moniales deferunt vestes nigras, & velum consecrationis, seu professionis, nec mos huiusmodi per hoc cap. est sublatas; secundum Abbatem in primo notat & de vestibus Monialium vide etiam textum notabilem in Clem. Attendentes, & Visitatores, de stat. Monachor. Ad Episcopum autem spectat compellere Monachos, & Moniales ad deferendum habitum religioni congruentem, ut hic probatur, & notat Butr. num. 4. Circumscriptis tamen exemptionibus Apostolicis, de quibus scripsi latissime in cap. Tuarum, à n. 10. infra de privileg. Sed iure novissimo Concilii Trid. habitus probationis est de substantia novitatus: nam ex decreto cap. 2. sess. 2. de Regular. in quacunque religione tam virorum, quam mulierum ad hoc ut professio sit valida necessariò exigitur annus probationis: qui quidem annus non incipit nisi ab actu susceptionis habitus, ut patet ibi. Nec qui minore tempore quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur; professio autem antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem. Ergo ante habitum susceptum impossibile est annum probationis peragere: quia deest principium, quod est potissima pars cuiuscumque rei. l. ff. de orig. iur. cap. Principatus, 1. quest. 1. cap. 1. & ibi glossa magna post princ. de lit. contest. neque enim medium possumus aggredi, nec ad finem ullatenus pervenire nisi principio mediante, §. Huiusmodi in l. de iust. & iur. & cum tempus probationis in ipso actu susceptionis habitus incipiat esse; ergo antea non potest efficere ut professio sit valida; quia nihil potest operari antequam incipiat esse. l. 1. §. Ex hoc rescripto ff. de vent. suspicand. l. Quoties, ff. de noval. pulchrè Oldrad. conf. 180. Questio est utrum Imperatorum. num. 7. ubi hoc argumento probat Imperatorem non habere potestatem se immiscendi administrationi Imperii ante coronationem; quia Imperator in die coronationis dicitur oriri, & sic incipere esse, & nihil operatur antequam sit.

2 Secundo nota, Monialem tacite profectam testari non posse, contraria consuetudine non obstante, ut hic est casus: nam, ut inquitur Host. & Jo. Andr. ambo num. 2. in ver. Plene, non potest esse consuetudo, cum sit irratioabilis, & contra honestatem, cum sit irratioabilis, & contra honestatem Ecclesiae, c. Cum decorem supra de vir. & honestat cleric. neque enim quod fiat, sed quod fieri debeat considerandum est. cap. Cum causam supra de elect. l. Sed licet ff. de offic. Praesid. nec factum usurpatum prescriptionem inducit, c. Illud, 93. dist. 6. Licet, 16. quest. 3. etenim in talibus nullus annorum numerus exculat, c. Quod Deo, 33. q. 5. ied potius acculat. c. Cum haberet, de eo qui dux. in matrimon. quam poll. per adulter. cap. fin. de consuet. unde versus Bertrandi Episcopi Gressensis:

Tempus longævum te non excusat in avum,
Cum male sis usus: quia non praescribit abusus.

Refert, & sequitur Host. hic num. 5. In hoc igitur tacita, & expressa professio equiparantur; quia tacita impedit testamenti facionem, sicut impedit expressa. Auth. ingressi, c. de sacra. sanct. Eccles. quæ est canonizata in c. Quia ingredientibus, 1. q. 4. uls. & notat hic Butr. in 6. notab. Praeterea post Concilium Tridentinum c. 2. sess. 25. de Regul. ubi artus quam jus commune providit circa regularium proprietatem, ut scripsi latissime in c. Monachor. infra de stat. Monachor. adeo ut sublevari etiam facultates testandi ex sententia S. Congregationis Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum. Idemque cum anno 1588. fuisset concessa facultas testandi per officium sacrae Penitentiarie Sorori Victoriae Fuffolanae monasterii S. Clarae, ejusque facultatis vigore donasset, & donarius contra monasterium ageret: dubitatum fuit an huiusmodi facultas esset revocata per Concilium S. Congregatio censuit facultatem testandi à Concilio sublatam fuisse. Et circa tacitam professionem consultata an sit nulla renunciatio ejus qui tacite profectus est. Respondit esse nullam. Verum si Monialis nondum esset professa, non prohiberetur testari, c. ult. l. 2. q. 5. c. Indemmirabilium, in fin. de elect. lib. 6. & Clem. Attendentes, de stat. Monachor. & hic notat Innoc. in fin. Abb. Antiqui in ver. in vestibus, Host. num. 2. Jo. Andr. n. 1. in ver. Indulget, Butr. n. 6. & Anchar. in 1. notab.

- 17 **N**ec refert quod ex decreto Concilii Tridentini c. 16. in princ. sess. 25. de Regular. Nulla sit renunciatio, aut obligatio, etiam cum juramento, vel in favorem cuiuscumque, causæ pia, nisi cum licentia Episcopi, live ejus Vicarii, fiat intra duos menses proximos ante professionem. Etenim S. Congregatio consultata An decretum d. c. 16. loquens de renunciatione, locum habeat in testamentis & aliis ultimis voluntatibus; censuit non habere locum.
- 18 **U**ltimò nota ibi, eodem loco: bona ingredientis monasterium acquiri eidem loco in specie, in quo est professus tacite, vel expresse, prout hanc litteram observat hic Butr. n. 5.
- 19 **V**erum in hoc articulo plenius distinguit Gaspar de Calderinis conf. 23. incipien. Quidam fecit professionem, in tit. de Regular. ut refertur in cap. In praesentia, de probat. Butr. & Abb. ambo numer. 64. & novissime Rota in Causa Tullen. Reformationis, 10. Januarii 1671. coram Duozetto: nam secundum eum quidam sunt profecti in genere generalissimo, aliqui in specie, aliqui in individuo, seu certi monasterii. Profecti in genere generalissimo sunt ii, qui per seipsos votum solemne emiserunt, vel qui in manibus Episcopi, vel alterius se Deo devoverunt religionem servaturos; quoad tria substantialia regulæ, & de talibus intelligi

possunt, cap. *Quod interrogasti*, 27. dist. ca. *Quem pro-*
genitorum, 20. quest. 1. cap. *Viduas*, 27. quest. 1. cap. *Super*
eo, & cap. *Consulti*, de *Regular.* nam secundum
 Innoc. dicitur quis proficere Ordinem approbatum
 qui dicit, Profiteor Ordinem Monachatus,
 licet non dicat Ord. S. Benedicti, ut notatur in c.
Porcedimus, de *Reg.* Item est professus in genere
 generalissimo is, cui legata est libertas sub conditio-
 ne, Si Monachus efficiatur, & ipse legatum accep-
 avit, ut in cap. *fin. de condit. appo.* Item is, qui in-
 tra annum probationis professus est regulam Me-
 dicantium, ut in cap. *Non solum*, de *Regular.* lib. 6. vel
 tacitam professionem fecit infra annum, per sus-
 ceptionem habitus professorum in quocumque
 ordine, ut in cap. *Constitutionem*, & ibi gloss. in *ver-*
obligat. eod. tit. & *lib.* & horum bona sunt Religio-
 nis in genere sed per Episcopum Diocesanaum dis-
 pensari debent, quia tales sunt Episcopo subiecti,
 cap. *Si quis Monachus*, 90. dist. cap. *Qui verè*, 16. qu. 1.
 ac promde illius arbitrio hæc distributio commis-
 sa. *Nulli*, c. de *Episc. & cler.* cap. *Nos quidem*, in *fra eod.*
 20 cap. *Cum tu de usur.* Professus autem in specie, seu in
 genere subalterno sunt qui generaliter profitentur
 certam regulam, vel ordinem in genere taci-
 te, vel expresse, puta Prædicatorum, Minorum,
 Cisterciensium, & similibus, qui non sunt expresse
 professi in certo monasterio vel claustro, & ha-
 bent unam superiorem, in cuius manibus sit pro-
 fessio, vel eius nomine recipitur, & horum bona
 non recipienti sed toti ordini acquiruntur; quia
 ex quo totus Ordo sentit onus illius ingressi; cui
 tenentur ad alimenta, ut forma professionis de-
 monstrat, secundum naturam est, ut etiam sentiat
 commo dum. Allegat *Speculat. in tit. de stat. Mona-*
chor. vers. 19. & gloss. secundum, in cap. *de Viduis*, il
 primo, 27. quest. 1. quæ singulariter ait, bona esse in
 potestate, & dispositione illius, qui est superior in
 ordine, ut sic dividat, & distribuatur, prout sibi vide-
 tur, cum certum monasterium non sit expressum,
 & consensit *Butr.* in d. cap. *In presentia*, n. 64. vers.
Professus autem in genere subalterno, quia hæc com-
 munitas datur in professione totius regulæ, non re-
 spectu certi loci, & quemadmodum professio in-
 corporat, & acquirit monasterio, quando ad cer-
 tum locum determinatur, ut patebit infra in 3.
 membro distinctionis: Ita in hoc 2. cum causa, ex
 qua fit incorporatio non determinetur ad locum,
 sed ad religionem in universum, consequens est
 ut acquiratur non loco, sed religioni in genere, ut
 sic effectus sequatur naturam cause suæ, & ad il-
 lius limites amplietur & restringatur. Pater tam-
 en *Butr.* superiorem teneri equaliter distribuere,
 & subdit, quod si essent plura monasteria sub
 uno capite, & professio determinaretur ad loca
 particularia, eo quod Monachi de particulari loco
 nunquam removeantur, bona applicarentur spe-
 ciali loco, ubi est ingressus. Quod etiam placet *Ab-*
bari in d. c. *In presentia*, n. 65. quia naturalis ratio
 oneris, & commodi viget hoc casu respectu certi
 monasterii in specie, & non totius Ordinis in ge-
 nere, cap. *De lapsis*, 16. quest. 6. & sequitur *Ferrac-*
tus conf. 10. in *premissa causam*, 4. Professus de-
 mum, in individuo sunt qui profitentur certam
 regulam, & in certo monasterio, puta in monaste-
 rio S. Proculi regulam S. Benedicti, Probatur hæc
 diversitas in cap. *In linguo*, & cap. *Ea qua, de stat. Re-*
gular. in cap. *Cum de parari, de iudic.* in cap. *Cum &*
plantare, de privileg. & in *Clem. Attendentes, de stat.*

Monach. & hoc tertio modo professorum bona de-
 volvuntur ad illud monasterium, in quo sunt
 professi, ut in d. *Auch. Ingressi*, c. de *Sacro sanct.* *Ecl.*
 & d. cap. *In presentia*, de *probat.* five quæ habebant
 tempore ingressus, five quæ postea obvenere,
 vel de novo acquisiverunt, ut in prædictis iuri-
 bus in cap. *Abbas*, cum *ibi notat.* 18. quest. 2. & in
Auth. Nunc autem, c. de *Episc. & cler.* & de talibus
 loquitur hæc Decretalis in illis verbis, *Res ipsæ*
eidem loco, ex quo illis ingressæ, & Abbatis constituta
est, de iure competere. Et in hoc tertio membro con-
 sentiunt. Innoc. in d. cap. *In presentia*, n. 4. & reli-
 qui post eum. *Lap. alleg.* 130. n. 18. vers. *Ad secun-*
dum. *Angel. conf.* 133. *super primo, in princip.* & ali-
 bi passim Doctores.
 22 Sed tu advertit ad primum membrum distin-
 ctionis: nam quod ibi dicitur de professis in gene-
 re generalissimo, hodie non videtur amplius vim
 obtinere; quia ex decreto Concilii Tridentini
 cap. 15. sess. 25. de *Regular.* professio facta ab eo, qui
 non stetit per annum in monasterio post susceptum
 habitum probationis, est nulla, nullamque
 inducit obligationem ad aliquam regulam, vel Or-
 dinis observationem, aut ad alios quoscunque ef-
 fectus. Et propter huiusmodi verba cum dubita-
 tum fuerit, an is, qui emisit professionem intra an-
 num probationis, teneatur ad religionem aliquam
 in specie, vel in genere: S. Congregatio censuit
 non teneri, & in hoc iura antiqua, cap. *Non solum*,
 & cap. *Constitutionem, de Regular.* in 6. correctæ esse;
 idque absolute esse intelligendum adeo, ut nec e-
 tiam in foro conscientie inducta sit aliqua obliga-
 tio. Quamobrem hodie ex professione facta in ge-
 nere generalissimo in casibus, quos enumerat *Cal-*
der. loco citato, aut aliis, si qui sint, nulla oritur ob-
 ligatio in genere ad quoscunque effectus; & sic
 neque ad effectum successione, seu acquisitionis
 bonorum, & consequenter esse in facultate sic pro-
 fessi de bonis suis libere disporre, & testari; quæ-
 admodum de non professis censent *Innoc. Holt.* &
 alii supracitati. n. 16. In specie autem an obligatio
 illa ad religionem in genere, quæ de iure oritur
 ex professione emissa in religione non approba-
 ta, itidem sub lata fuerit à Concilio Tridentino
 dixi in c. *Consulti*, n. 57. & *leg. infra de Regul.*
 23 QUÆRO. An suscipiens munus Abbatis, vel
 Abbatissæ ex hoc censeatur tacitam professionem
 emittere?
 24 Pro parte negativa videtur tax. apertus in cap.
Cum causam, supra de elect. ubi Presbyter secularis
 fuit electus in Priorem à majori parte Conventus,
 & electionem acceptavit, quod patet ex eo,
 quia licet in professione, & tamen Pontifex
 mandat eum compelli, ut vel regulam profiteatur,
 vel Ecclesiam dimittat. Ergo per consensum præ-
 stitum electioni non fuit tacite professus: alioquin
 non cogeret iterum profiteri, vel certe non pos-
 set è monasterio expelli, quia votum religionis so-
 lemnizatur per professionem tacitam in aliqua
 ex Religionibus approbatis, non secus ac per ex-
 pressam, c. *unico, de Voto*, lib. 6.
 25 Præterea electio in Abbate de non professis
 est ipso iure nulla, ut aperte deciditur in cap. *Nullus*,
 de *elect.* lib. 6. Ergo non potest tacitam profes-
 sionem inducere; quæ quod nullum est, nullum
 producit iuris effectum, l. *Libellorum*, §. *Quod off*
libelli, ff. de *accusat.* l. 2. §. *condemnatum*, ff. de *re*
iudic. Et hanc partem non obscure amplectitur
 hic

hic Jo. Andr. num. 3. nam secundum eum si novitia
 non professa permittat se præfici in Abbatissam,
 non per hoc intelligitur tacite professa, ut in
 dist. cap. *Nullus*, licet tunc sentiat si procedatur
 per viam postulationis vel collationis: ex illa
 enim decretalem illam uti pænalem habere lo-
 cum tantummodo in electione, nec debere exten-
 di ad postulationem vel collationem; ac proinde
 novitiam, quæ huiusmodi postulationi vel pro-
 visioni assensum præbet, ex hoc censeri tacitam
 professionem emittere, ut per eum: & sequuntur
Cardin. n. 7. in fin. Anchar. n. 1. & Abbas n. 4. Et te-
 nendo hanc partem non videtur obitare hoc capi-
 tulum; quia ista mulier in ipso ingressu se & sua
 dedicavit Deo, ut notatur in ultima gloss. & ideo
 non allegabat se non professam, sed non portasse
 habitum monachalem, qui non facit Monachum,
 ut observat *Innoc. in princ.* & *Holt. num. 1. in fin. in*
ver. Sed ne in vestibus.
 28 Sed his non obstantibus existimo contrariam
 opinionem esse veriore pro qua etiam ter in-
 ducitur hoc cap. ubi mulier usque in diem obitus
 sui nunquam induit habitum regularem; & tamen
 quia pæna fuit se præfici in Abbatissam, & regendi
 susceptum officium, textus decidit bona illius
 tanquam professe ad monasterium pertinere, &
 pondera, quia non facit vim in eo, quod jam esset
 professa, secundum intellectum *Innocenti* & *Hol-*
stienus; sed fundat se in hoc, quia Abbatissa ordi-
 nata est, & in monasterio per annos plurimos us-
 que ad obitum præfuit, & inferius repetit eam-
 dem rationem, ibi, *ex quo illic ingressa, & Abbatissa*
constituta est, ergo per susceptionem regiminis post
ingressum in monasterio inducit tacita profes-
sio, & ita ex hoc text. clarè deducit Jo. Andr. n. 3.
 ait enim (Novitiam professa, quæ permittit se
 præfici in Abbatissam, hoc ipso intelligitur tacite
 professa per c. *Vidua, de Regular.*) & eum sequitur
 totidem verbis *Card. n. 7. in fin. Imol. & Butr.* am-
 bo n. 2. dicentes, (Nota quod assumptione digoi-
 tatis Abbatissæ etiam professorum habitu non as-
 sumpto quis proficere videtur tacite, & sic habes un-
 dum modum inducendi tacitam professionem.)
 & sequitur *Petr. de Anchar. n. 1. ubi ait*, eo ipso
 quod Novitia paritur, & consensit electioni de se
 factæ, videtur tacite profiteri, quia qui vult conse-
 quens, videtur velle antecedens, sine quo ad illud
 consequens perveniri non potest: fingitur enim
 semper primo fieri quod primo faciendum est, ut
 notatur l. *Illud*, ff. de *acquirend. heredit.* Idem firmat
Federic. de Sen. conf. 5. incipien. *Quidam Monachus*,
 ubi respondit Monachum promocum ad præla-
 tionem alterius monasterii non teneri iterum pro-
 fiteri, quia ipso facto se ad observantias regulares
 adstrinxit suscipiendo Prælatum: nam cum ipse
 sit unum corpus cum suis monachis, cuius corpo-
 ris ipse est caput, factis ipso facto intelligitur tacite
 promississe se observaturum quæ observari debent
 in ipso monasterio per Abbatem. Ita *Federicus*,
 cum quo transit *Petrus de Perulio in tract. de mu-*
tat. stat. person. n. 7. & 18. & novissime *Navar. conf.*
 64. *An regularis translati, de Regul.* & *conf.* 60. *An mo-*
nachus, n. 2. eod. tit. ubi ait monachos, qui transfe-
 runt, ut sint Prælati, tacite profiteri illas obser-
 vantias cum confirmantur, & alias promoven-
 tur in Prælatos, & hoc calu teneri posse, *conf.* 5. *Feder-*
rici.
 30 Demum hanc sententiam alius probavit S. Con-
 Prosp. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

gregatio Cardinalium Concilii Tridentini Inter-
 pretum: etenim in monasterio Tertiariarum Mo-
 nialium Ordinis Minorum Observantium duæ
 moniales exiiebant, quarum altera nec erat pro-
 fessa, nec professionem emittere volebat; quæ cum
 esset Abbatissa, Prælatum eam ab officio removit,
 & declaravit non fuisse legitimam Abbatissam,
 Altera verò annorum octuaginta non erat profes-
 sas, sed profiteri volebat. Superior regularis his
 narratis consuluit Sacram Congregationem, quid
 esset agendum? Sacra Congregatio censuit octo-
 genariam illam admittendam esse ad professionem,
 Alteram, quæ negat professionem, habendam esse
 se pro tacite professa, præsupposito quod in illo
 monasterio habitus non sit distinctus, prout Com-
 missarius Curie affirmavit non esse, & quod illa
 sponte acceptaverit Abbatissatum: cum enim Ab-
 batissatus sit actus, qui non potest fieri nisi a pro-
 fessis: gerendo se cum debitis præsuppositis, di-
 cetur tacite professa, secundum c. *Vidua*, ubi *Ab-*
bas de Regular. cum præsuppositis requisitis ibi per
 Abbatem.
 31 Item cum negaverit professionem, se reddidit
 indignam Abbatissatu: ideo iuste privata est à Su-
 periore suo, non illa ratione, quia non professa,
 prout credit Superior, cum pro tacite professa
 habenda sit; sed quia infirmitate professionis red-
 dita est indigna; nisi tamen quoad professionem
 posset se tueri ex defectu aliquorum requisitorum
 per *Abb. d. c. Vidua*.
 32 Non obstat textus in d. c. *Cum causam, de elect.*
 Nam respondeo primò verbum illud, *profiteatur*,
 esse intelligendum de professione expressa, quæ
 non excludit tacitam, ita ut sit sensus, ut presby-
 ter ille quamvis esset tacite professus per susce-
 ptionem regiminis, nihilominus cogendus esset
 expresse profiteri: nam sicut professus tacite, puta
 per delationem analem habuit indubitanter iuxta
 terminos *Clem. eos, de Regular.* vel alias habet a-
 ctionem ut recipiatur ad professionem expressam
 ut post *Holt.* & *Jo. Andr.* notat *Butrus* in d. c. *Cum*
causam, n. 22. vers. Quæro an Monachus, ita è con-
 ventus potest compellere ut professum ut ex-
 pressam professionem emittat, c. *Ex parte*, & ibi
 notat gloss. *final. de Regular.* & in his terminis *Ab-*
 33 batem tacite professum quamvis amoveri possit
 ab Abbatia, nihilominus cogendum esse ad pro-
 fessionem expressam tenet *Goffred.* in c. *Cum in*
magistrum, supra de elect. quem ibi sequuntur *Joan.*
Andr. n. 5. in ver. Amotionem, Cardinal. in 5. not. &
 alii communiter.
 Neque verò huic intellectu adversatur quod d.
 presbyter, & alii clerici venientes profiteri com-
 pellantur Ecclesiam dimittentes, quod fieri non posset
 si essent tacite professi, ut d. c. *Ex parte*, & c. *unica, de*
Voto, lib. 6. cum multis similibus, quandoquidem
 presbyter, qui renuit regulam profiteri expresse,
 & servare, expellitur non tanquam non professus
 sed tanquam inobediens, & incorrigibilis, ut ibi
 videtur sentire *Holt. n. 10. vers. Plus dico.*
 Deinde respondeo, & forte melius, presby-
 terum illum idcirco per susceptionem prioratus non
 fuisse professum tacite, quia cum per multa & lō-
 ga tempora in illo monasterio ad Prioratum fuis-
 set assumpti etiam non professi, allegabat ad sus-
 ceptionem regiminis professionem non fuisse ne-
 cessariam: unde non mirum si non fuit tacite pro-
 fessus, quia desuit voluntas, quæ est de intrinseca
 Dd 3